Manoscritti
Palat.
1028

(21. 3. 943)

IX

Opuscoli

2

V. 943

Opuscoli Fisico-matematici

FRANCISCI PATRICII
Primæ Philosophiæ
Liber

De Universitate.

Confutatis antea, receptæ Aristotelicæ philosophiæ
principiis naturæ, materia prima, forma, et
priuatione, unà cum materiæ informitate, ap-
petitu, mutatione formarum omnium, et earu
successiua susceptione uel ex ea eductione.
Et detecto eius triplici ~~philosophia, uel~~ poly
archia, uel multorum principatu, proprius
modo nobis incubit labor, et hæc, et his se-
quentia tractandi, ueriora principia, quæ
uel res efficiant, uel eis insint, uel eis
adsint, demonstrandi. Hinc itaque su-
mendum est initium. Principia prin-
cipiatorum procul dubio sunt principia. Hæc
menti satis euidens est positio, sicuti et
hæc alia, si quæ sint uel principia uel
principiata, ea in rebus esse est neces-
sarium; Non enim sunt in nihilo, sed
res ipsæ, sunt ne aliquæ? uel sunt

MUSEO
FISICA

nullę? Si dicemus, nullas esse, contra sensus, contra mentis loquemur evidentiam. Sunt ergo res. Sed quid nam sunt? Quod Græci veteres, τὸ πᾶν, Latini universum appellavere, fortè res ipsę fuerint. Id forte ita noscemus. Universum hoc, est ne aliquid? Vel est nihil? Si nihil dicatur, nullus dicetur esse mundus. At verò evidentia sensus, evidentia mentis, ostendunt mundum esse. Mundus hic, si universum ipsum est, forte fuerit etiam rerum universitas. An verò ita sit, pervidendum, et rerum universitas, est primum in genere cognoscenda ne per inane errabundi frustra philosophemur.

Quid Universitas.

Rerum igitur universitas, quid nam est? evidentię visus, sensuumque, alteram illam, mentis evidentiam adiungamus, ut simul unitę universitatem rerum nobis aperiant. Universitas hęc rerum, necessariò, vel entia ipsa sunt, vel non entia. Necessaria est hęc divisio. Si non entia dicamus eam esse, et non entia sint nihil, universitas vel nihil erit, vel nihili, vel in nihilo. At

hoc nulla mens capit, nulla ratiocinatio colligit, nullus visus, nullus sensus alius admisit, igitur si ulla sit rerum universitas eam entium esse est necesse. Hoc ratum esto. At entia quid nam sunt? An omnia ea, quę eunt, et in motu sunt? et entia, quasi ientia, et euntia, et ens, quasi iens dicta sunt? An verò ens id omne est, quod est, quasi stet, et existit, quasi sistit se itidem sunt dicta. Sed hęc etyma attingere quidem ipsa entia quadamtenus videntur, sed plenè non explicare. Explicationem, seu sensus, seu ratiocinium, seu mens fortasse pandent si vestigemus. Id fiat ita. Inter entia, quędam sunt, quę stant, quędam verò alia quę eunt. Hęc verò omnia vel unum sunt, vel sunt plura, vel unum et plura simul sunt necessariò. Nam neque unum, neque plura esse, non videtur posse dici. ~~At~~ quod unum est, vel stat, vel it. Et quę plura sunt, itidem vel stant, et eunt. Et quę unum et plura sunt simul, si quę talia sint, similiter vel eunt, vel stant. At hoc ire et stare differentiam forte

aliquam in entibus dicit, ut quędam sint
euntia, quędã stantia, et quędam alia, et
euntia et stantia. Nam neutrum horum
neque ire, neque stare, et esse entia, non
uidentur esse posse. At differentia
hęc, nõ prius cognoscetur esse in entibus,
quàm quid sint entia ipsa ~~sit~~ cognitum.
Regrediamur igitur parumper. Entia ipsa,
quidnam sunt? Sunto modò crassius, id
omne, quod existit, hoc esto ens. Et omne
quod est ~~enst~~ ens existat. Existit autem,
et ens est id omne, uti dicebamus, id omne
quod uel unum, uel plura, uel et unum et plu
ra uerè dici potest. Nam et hęc euidens
est diuisio, et necessaria. Si uerò dicamus,
id quod unum est, entium esse uniuersi
tatem. Id quod plura, et id quod unum
et plura sunt, extra entium uniuersitatem
erunt. Atq; ideo nõ entia, atq; ideo nihil
erunt. At dicebamus ea existere, et esse,
Entia ergo sunt. Intra ergo uniuersitatẽ
sunt, et uniuersitatis partes. At uerò hęc
ipsa, quę plura, et quę unum et plura sunt,
tota ne sunt uniuersitas et integra? Et
ea quę unum sunt extra uniuersitatem
~~sunt~~ erunt ne? et non intra, et nihila?

At et hęc diximus existere. Igitur in uni
uersitate sunt. Esto ita. At uniuersitas,
omnia ne hęc trium generum entia conti
net? Unum, plura, unum et plura? An
non omnia. Si nõ omnia uniuersitas dici
posse nõ uidetur. Nomine namq; suo uniuer
sitas, uniuersa cõprehendere uidetur debe
re. Quòd si quęppiam sint, quę ab ea nõ
comprehendantur, extra eam esse, et nõ
existere et entia non esse dici uerè queunt,
et esse nihil. At si uniuersitas uniuer
sa cõplectitur, nullum ens extra eam re
linqui est necesse. Nam si aliquod extra
ipsam sit, ipsa integra nõ erit. Atq; ideo
nõ uniuersitas. Sunto igitur in uniuer
sitate, entia uniuersa. Et entia uniuer
sa sunto uniuersitas integra, ita ut nul
lum ens extra uniuersitatem, aut reperia
tur, aut reperiri queat. Hoc quoque
euidenti ac necessario ratiocinio deduc
tum, ratum esto. At uerò hęc entia
cuncta, quę uniuersitatem replent, et cõ
plent, unius ne sunt generis? uel gene
rum plurium, uel etiam generum omniũ?
Equidem, quę uisui sunt euidentia, alia
lucida sunt, luce eis innata. Sol, astra
ignes. Alia sunt opaca, tenebris sibi in

natis, luna, nubes, terra. Alia inter hęc media,
neque lucida, neque opaca, sed traslucida et
trastenebrica, quę diaphana Gręcis, pellucida,
perspicua, transpicuaq*ue* ex meliore lumine
nota, sunt appellata, æther, aer, aqua, aquęq*ue*.
Decem ergo istis generibus, dicemus ne,
universitatem constare universam, vel
tribus tantum, lucidis, perspicuis, opacis?
Vel tria hęc veluti summa, in decem illa
distribuentur? eadem hęc in alia rur
sus, Lapides, metalla, mineralia, stirpes,
Zoophyta, bruta, homines? Quę vel tota
vel ~~eorum partes~~ participia sunt unius,
vel plurium, vel omnium. Ita sanè est,
sed suis locis exactius cuncta sunt percen
senda. Modo rem pręsentem peragamus.
Si universitas verè universitas sit, et dici de
beat, non solum hęc quę attigimus en
tium genera, vel tria, vel decem, vel sep
tem cōtinere debet, sed etiam si quę
sint alia cuncta, et species rerum cunc
tas, et specierum individua cuncta,
et hoc quoq*ue* statutum esto.

Entia invisilia.

At verò quę recensuimus universitatis en
tia visilia tantum fuere entia, quę eam

cōstituerunt. ~~et~~ quę tactu, vel alio sensu vel
cognoscuntur vel cognosci queunt. An verò
alia sunt in universitate entia, quę nec visu,
nec sensibus aliis sunt evidentia? Menti ta
men et rationi sint evidentia?
Questio hęc recta methodo est peragenda,
~~Recta~~ verò methodus hac in re, nulla
sensata fuerit, sed mentalis. Inter verò
mentales methodos, p*er* se evidens ea est,
quę per necessarias procedit divisiones, qua
paulo ante utebamur. In hanc igitur re
grediamur.
Mundana entia, quę universam univer
sitatem constituere putantur, vel corpora
sunt, vel sunt incorpora. Hęc divisio
est necessaria. Namq*ue* ea, neque corpora,
neque incorporea, partim cōtra evidentiam
sensus est in prędictis, partim cōtra mentis
evidentiam erit si incorporea esse nega
tur. Corporea vero, et incorporea simul esse
cōtradictionē implicat. Teneamus igi
tur priorem divisionē. Entia omnia,
vel corpora esse, vel incorpora, seu nō
corpora. Corpora autem sapientes cōmuni
cōsensu vocaverunt ea, quę trina sunt
dimensione, Longa, lata, et profunda.
Addimus nos, et antypa. Incorporea verò

nō apparet hic quomodo sit cō tra mentis evidētia

dicendum[2], que ali qua carent ~~trium~~ trium dimensionum

dixere, his contraria, que nulla constant di
mensione. Addimus nos, nec ulla antitypia.
Horum vero incorporum, alia videntur esse
in corpore alia extra corpus. In corpore
quidem sunt, ~~et~~ que una constant dimensio
ne, ut linea. Alia que duabus, ut superficies.
nulla tamen sunt antitypia, sicuti neque
profunditas per se considerata. Sunt et
alia incorpora, in corporibus habitantia,
et ~~et~~ per dimensiones illas extensa. Ut ca
lor, frigus, et prorsus, que appellatę sunt,
qualitates, vel primę, vel secundę, vel
etiam tertię, et si quę sunt ulteriores.
Alia quoque videntur esse incorporea ab
his diversa, quę neque qualitates sunt,
neque dimensione constant, neque corpora
sui natura habitant, sed corporibus in
sunt. Ut mentes, et si quę mentibus
etiam sunt sublimiores. De quibus,
quid Aristoteles senserit partim certum,
partim est incertum. Certum quidem,
quod aiat, orbis primi motorem im
materialem esse, et magnitudine ca
rentem, ideoque incorporeum, sed corpo
ri sui orbis, an insit, an adsit, est in
certum. Nam et adesse ei, videtur
dicere, dum eum in summo cœli cul
mine sedentem perhibet. Et inesse

quoque, dum eum eius orbis intellectum esse
affirmat. Certum etiam, motores orbium
reliquorum incorporeos, suis orbibus non
adesse, sed inesse. Mundo quoque eos
idem inesse. Certum itidem tertiam il
lam polyarchiam, quam extra cœlum,
et supra extimam lationem collocat, neque
inesse, neque adesse mundo statuere vi
detur. Atque aliam sibi incorporeorum
universitatem constituere. Igitur sua
sententia, mundus hic corporeus, non tota
est rerum universitas. sed duę sunt en
tium universitates. Iam vero et tertia
illi est, incorporearum quidem rerum,
sed in corpora protensarum, quam nos dice
bamus in corporibus habitare. Triplex
ergo videtur rerum universitas. Et
trium horum, unaquęque multa, et
non unum. At forte, neque hę, nisi unum
essent, multę non essent. Omnis enim
multitudo à sua progreditur unitate.
Nam si ab uno multitudo non progrede
retur, ea vel non provenirent prorsus,
vel ab aliis, quę multa essent, et mul
titudo, proveniret. atque ita multitudo
ante multitudinem usque in infinitum
essent. Id ne fiat, sistendus est pro

cessus, is, et concedendum multitudinem, à sua venire unitate, atque uno. At multitudines varias esse in universitate hac triplici, visui, sensui, mentique est evidens. Evidens quoque menti fuerit dictante ratione, omnem multitudinem necessario provenire ab uno, nempe sui generis uno, eoque primo. Nam si primum non esset, ante ipsum aliud, vel alia una essent, si aliud, duo iam, multitudo esset, et non unum. Si alia una prius essent, idem magis veniret, ut multitudo ante unum esset. Itaque unum, à quo sua cuique provenit multitudo, non solum unum, sed etiam in eo genere primum erit. Et multitudo non aliud erit, quàm multa una ordine simul posita. Atque ita necessario consequitur, omne ens, quod multa sit, à suo uno esse prius, à quo deinde evadat multa. Et id unum, illi enti esse essentiale per quod sit prius, et sine quo esse nequeat, et à quo veluti in partes sectum, evadat multa. Cuius veluti radix sit. ut ex qua pullulet ens illud totum, et omnis quae in eo est multitudo, vel specierum vel partium. At hoc ens, quod ~~est~~ et unum est, et multa, totum

Demonstrandum primum est, multitudinem omnem necessariò ab uno esse, et postea procedendum ad demonstrationem, quòd illud ~~primum~~ unum est primum.

quoque est, et omne. Totum autem et omne, duo videtur esse. Totum videlicet, et partes, omnes. Non equidem pars una. Ca enim aliud totum esset, sed partes omnes. Nam si totum pars una tantum esset, pars et totum, idem esset. At ea non esse idem, et visui, et menti est satis evidens. Quia si totum et pars idem essent, periret utrumque. Neque enim totum amplius esset, partibus carens, neque partes essent partes, toto ab eis abeunte. Totum ergo et partes duo sunt, et non unum. Totum autem id est, quod partibus constat, et huius totius partes sunt plures, et non una, quae ipsum constituunt, igitur ens totum unum est, et partes eius, non sunt una, sed plures. Si plures, dispersae ne sunt à toto suo seiunctae? An verò, et toti, et sibi invicem connexae? Si dispersae dicantur, non videntur unius totius esse partes posse, sed unamquamque sibi totum esse. Si connexas dicamus, et toti suo, et inter se unitae erunt necessariò. Totum ergo, unio est sui partiumque suarum, quotcunque illae fuerint, et qualescunque.

Si unio, omnium est, unitate uniuntur,
Unitas autem ab uno est, et unum quod
dam. Per unitatem ergo, et unionem
totum est. Partes vero unius sunt parti
cipes, et totum cum partibus, unum quod
dam est. At vero unius particeps toti,
unum ne est totum ipsum tantum?
An et partes eius, omnes et singulę, unum
illud idem participant? Si dicamus,
totum solum unius illius esse parti
ceps, et non etiam partes, hę toti suo non
erunt unitę, neque unionem cum eo ha
bebunt, sed dispersę iacebunt. Quod
est contra demonstrata. Totum ergo et
partes eiusdem unius sunt participes,
et idem unum, totum cum partibus
unit, atque colligat. Hoc quoque ratum
esto. Sed partes ipsę singulę, unę ne
sunt, per suam singulę unitatem?
An uno illo, quo totum unum est,
unę et ipsę sunt? An potius uno illo,
partes toti uniuntur, sed ipsę unę quoque
sunt, si esse debeant aliquid? Namque
si demus, eas singulas, unas non esse,
neque penitus erunt, neque totius
partes esse poterunt. Quod si contra
demonstrata est, necesse est partes unumquodque
esse, ut unę scilicet singulę sint, et ita

multitudinem constituant suam. Quę multa
una est simul posita, et ideo partes sint
totius sui, illi unitę. Atque ita totum plura
una in suo uno, erit unitum, et unum.
At plura una, numerus sunt, et nume
rus omnis est multitudo, et omnis
multitudo quia numerus est, à sua
progreditur unitate, et omnis uni
tas ab uno est, et reducitur ad unum,
In totius ergo uno, et unitate, singu
larum partium sunt unitates, et in
numerum prodeunt, et multitudinem
pariunt partium. Et ipsa hęc partium
multitudo suis unis totius uni, atque
unitati unitur. Et totum unum constant.
Atque hęc est natura cuiusque entis,
quod totum dicitur, ut et unum
sit et multa.

Diony. de divin: nom: cap: 13.

Universitas an una?

In universitate vero, sicut plura una,
sic plura tota videntur esse, Nam et
tota terra in universitate est, et
una est, et totus sol, et unus, et tota
luna, et una. Et siderum unumquodque

totum est, et unum. Sed et amplius, terra tota, universitas est terræ, et sol totus, solis universitas: et aliorum omnium totorum, tot sunt universitates, quot sunt entia ipsa tota. At hæc tota, et hæ universitates, ñ omnia entia comprehendunt. Universitas verò illa, quam priore loco speculabamur, entia omnia uti ratio dictabat evidens cõtinebat. Sunt ergo hæc secundo tota, et hæ minores universitates, illius universitatis primæ particularia tota, eiusq; partes. Et verò fortassis etiam in his particularibus, universitas illa prima est, suo et illarum modo. Hoc verò alibi perquiretur exactius. Modò statuamus, quod evidens dictat ratio, particulares universitates, per suas unitates, et sua vera, universalis illius universitatis unitati, ita esse unitas, ut omnes simul tanq; partes, unum cõflent totum, omniũ aliorũ totorũ maximũ, et unam universitatem, aliarũ universitatũ omniũ maximam. Quæ quoniam natura sua illarum omnium aliarũ maxima est, illarum quoq; omnium

erit prima. Eas enim omnes cõtinet, sine qua illæ ñ essent. Nulla ergo universitas alia erit maxima universitate maior, si ñ maior, neq; prior. Nam si alia prior q; maxima esset, iam maxima, ñ esset maxima, cum extra se aliã haberet vel minorem vel etiam partem, quarũ ẽgressus, si maximæ accederet, maiorem eam efficeret. At maximo nihil maius, Atq; ita ante alterius accessionẽ, maxima ñ fuisset. Ergo quia maxima est, erit omnibus prior, neque ulla erit ipsa anterior. Quod si et maxima, et aliis omnibus est anterior, prima quoq; erit. Et quoniam prima est una quoq; est necessario, et nullo modo plures. Nam si plures essent, vel pari essent maximitate et anterioritate. Atq; ita, ipsa neque prima, neque anterior, neq; maxima esset. Quod si ñ paribus, ipsa vel maiore vel minore esset, et primitate, et maximitate. Si minore, ergo ñ maxima fuisset aut esset, Si maiore, ñ maxima fuisset, sed se ipsa maior. At maximo nihil

maius. Redit ergo ratiocinatio, ut ea et maxima sit. Et quia maxima est, ideo prima, et quia prima, etiam una, et non plures. Id quod sit firmum esto. Haec igitur multo eius merito, et universitatis praeexcellentis, et absolutae nomine, et totitatis, et totalitatis, et omnitatis potest, et debet appellari.

Prima universitas.

Verum hanc ipsam, quam nam esse dicemus? An ipsum mundum hunc corporeum? cum iis omnibus incorporeis, quae ipsum inhabitant? nihil enim mundo maius, excogitari posse videtur. Sane esto, mundus hic si cuncta contineat entia, universitas illa maxima, prima, et una. Sed si verum sit, extra mundum, et supra extimam lationem esse alia, qualia uti vidimus, Aristoteles ipse docuit, mundus hic corporeus, non est tota rerum universitas, et si non tota, neque maxima, et si non maxima, neque prima, et si non prima, neque una, et si non una, neque unica. Deus bone, quo nos ratiocinii necessitas deduxit. Et nisi huius

dogmata? si nulla dicamus, extra supremam caeli lationem esse entia, mendacem ne tantum philosophum audebimus asserere? Si hoc absurdum sit, necesse erit fateri, veram hanc esse doctrinam, At si non sit, necesse est illa supera entia, vel alia ab entibus mundanis esse, vel eadem, vel et alia et eadem. Si alia dicamus esse, eadem cum mundanis non erunt, neque intra mundum, neque mundi universitate comprehendentur. Neque mundus, tota erit universitas, neque maxima, neque prima, neque una, neque unica. Sed erunt rerum universitates duae altera mundana altera supramundana. Omnium sane, philosophicarum quaestionum maxima haec esse videtur quaestio. De maximis enim est rebus, de tota scilicet mundi universitate, et alia quadam universitate supramundana. Eam magnis in rebus Aristoteles asseruit differre. Namque illam non esse in loco dixit, mundana vero omnia in loco sunt, illam non esse in tem

pore, hęc tempori subiecta. Illam nō se
nescentē, hęc senescentia. Illam nō
mutari, hęc mutari omnia, Illam non
alterari, hęc alterari. Illam toto ęuo, atq;
ęterne beate uiuere, horū plæraque
nō uiuere, et quę uiuunt, plæraque
nō beate. Itaq; ex hisce cōditionibus
inter se oppositis, essentias quoq;, et
uires, et actiones illius superę om
nes, cum his mundanis et essentijs,
et uiribus et actionibus oppositas esse
eius dogmate, est necesse. Et præter
hęc (quod in Peripato fuerit nouum)
mundus et mundana entia supra-
mundanorū illorū effectus esse,
et illa mundi totius, et mundanorū
omnium esse causas, et quidē efficientes,
siquidē hę, ut ipse ibi docet, uitam et
esse clarius his et obscurius illis
largiuntur omnibus, largiri autem
uitam et esse, idē est, ac uitā et esse
omnibus efficere. Quod si omnis cau
sa, effectū sibi similem producit, illa
eorundem omnium, causę erunt
exemplares. Si exemplares etiam

ideę illa erunt uniuersitatis. Itaq; uolente et
nolente Aristle. et cogente ueritate, ideas, tam
sibi exosas, tam à se uexatas hostis earum
acerrimus induxit. Et causas mundi,
mundanorumq; omnium efficientes, et
exemplares affirmauit, et quam in Plato
ne, ac Pythagoreis irriserat, ac subsa
nauerat hominitatē, et bonitatem, et
asinitatē, et induxit, et asseruit, in
una ut tantū à Platone dissidens (quòd
falsò illi tribuebat tamen) quòd Plato Ideas
uel supra Lunam, uel in aere pendētes
poneret, ipse supra extimum cœlum nescio
ubi, posuerit, et quidē tot in rebus uniuer
sitatē à mundana differentē. Quę cum
ab illis, et esse habeat, et uiuere, hō
rū et essentia, et uitā, uires nimirū
et actiones, et effectus à suis causis ha
bent. Ergo munda ab illis sunt, si
ab illis sunt, à se nō sunt, Inter ue
rò omnia, quę ab illis sunt, et à se nō
sunt mundus ipse est, et cœlum,
et cœli motor primus, et motores orbiū
cœlorū alij sunt cōprehensi. Ergo ex
hac ueteri Arist. doctrina, et recenti, mu
dus cum inde, et ab alijs sit, nō est

ęternus, cùm tamen omnibus, sed inconstanti
bus ingenii uiribus ~~a verum~~ æternū esse, adstruere
sit annixus. Sed hęc alterius loci est quęstio
Priorem de uniuersitate pergamus. Paulò
ante, nō una, sed duę apparuerent uniuer
sitates. Altera mundana, quę et corpora, et
incorporea corporibus inhabitantia cōtinet.
Altera supramundana incorporea penitus. Est
quidē mundus corporum maximus, corporū
primus, corporum unus, atq; unicus, nō tamen
simpliciter est maximus, neque simpliciter
primus, neq; simpliciter unus, uel unicus.
Quod enim simpliciter maximum est, maius
se ipso nihil habet, et eo maius nihil omni
no esse potest, et quod simpliciter est primū,
ante se habet nihil, et omnia post se ha
bens, prius eo, aliud quid, esse nequit, et
quod simpliciter unū est, plura nec est,
nec esse potest. Sed cum ipse mundus,
et omnia sua, esse et uitam à superis il
lis habeant, ipse minor illis est, et illis
posterior, neq; cum illis unus, neq; cum
illis idem. sed aliud quid post illa, et
ab illis dependens, ut effectus à causis
suis. Causa autem omnis, prior natura
sua est, suo causato, nisi enim causa, pri

or esset effectu suo, effectus à causa sua nō
prodiret. At prodit, est ergo causa effectu
suo prior. Si prior etiam potentior. Non enim
producere eum potuisset, nisi potentior fu
isset, Si potentior est, etiam prestantior.
Nisi enim causa prestasset, uel effectui par,
uel etiam debilior fuisset. Si debilior ef
fectum nō produxisset, si par, neq; etiam
effectū produxisset. Par enim imparem,
imperium nō habet. Ergo causa omnis,
et prior causato est, et potentior, et prestā
tior, Supera igitur illa supramundana,
mundanis posteriora cùm sint, etiam
eis natura sunt nobiliora. Non enim
alterantur, sed æuo toto beatissimam
degunt uitam. Hoc dogmate Aristote
lico posito, et necessariis, euidentibusq; ra
tionibus deducto in nostra quoq; phi
losophia locus nobilissimus esto.
Sed illud Arist. nō docuit, neq; docere po
tuit, An scilicet in superis illis, esset ali
quid, quod reliquis prius esset, et esset
omnino primum, et maximum, et summū,
et unum. Omnia enim illa supera, ex
ęquo optima, beataq; ex ęquo, et sibi suffi
cientia, et nullius indiga cōstituit, inter

autem equalia nihil prestantius alijs, nihil nobilius, nihil potentius, nihil prius. Nullum ergo eorum, pre ceteris, uel prius uel primum.

Iniecit tamen scrupulum, quod soluere nescivit, suspicandi, inter ea esse aliquid primum, cum sua lingua scripsit.

Ἀναγκαῖ͂ εἶναι πᾶν τὸ πρώτον, καὶ ἀκρότατον.

Necessarium esse, omne primum, etiam summum esse.

Vestigandum igitur nobis, philosophis, an sit aliquid in supera illa, ac prima, et nobili universitate, quod sit supra reliqua omnia, et sit omnino supremum omnium et primum.

Finis Libri.

[illegible] nihil [illegible] nihil
habere, nihil potentius, nihil potest. Nihil [illegible]
quo [illegible] per [illegible] nihil prius nihil [illegible]
Secundo tamen accipiendum quod [illegible]
[illegible] primum, cum sumitur, accipitur.
Anaxagoras [illegible]
Pater.

Necessarium esse omnia principia [illegible] communem esse.

Respondendum igitur nobis [illegible]
est aliquid in superiori illa [illegible]
nobili universitate, quod sit supra
reliqua omnia, et sit causa [illegible]
omnium et primum.

Finis [illegible]

Archis castellani 13 116 2.2

1

Incipit liber Archimedis de mensura superficierum.

Cuiuslibet rotundae pyramidis curva superficies est aequalis triangulo orthogonio cuius unum laterum rectum
angulum continentium est aequale ypothenuse pyramidis reliquum vero circumferentie basis. sit enim a c n p
circulus circa centrum, et sit de linea cathetus perpendicularis ad dyametros eiusdem circuli, ea vero linea sit
hipotenusa demissa ab. et in a. stante quidem de catheto et immota circumvoluatur d e a triangulus
orthogonius ad perficiendam pyramidem rotundam per a p o n m. o u. donec redeat ad punctum a unde
inceperat. Sit item e a hypotenusa equalis lineae s z et tota circumferentia a c n p sit aequalis t.
et sit s. angulus rectus, dico igitur quod curva superficies rotundae pyramidis d e a est aequalis
triangulo orthogonio t. presentis. a. demonstrationis e a. et tota sequentium theorematum
series lineam curvam recte, et superficiem curvam recte esse aequalem sicut postulat admitti, inde
discolos, et obviantes non cogit ad scientiam. a q. ipsi sapere non audeant. a q. laborent ut
nesciant. a q. a pallade ultro vultu detegente oculos ad instant hec quidem hijs qui verum subti-
lium fugax quantitatum miracula proportionum iuxta naturae deposita rimantur proposuit prius.
triangulus itaque t. aut est aequale superficiei d e a. rotundae pyramidis, aut curvae superficiei rotundae
pyramidis sitae in minori basi quam a n c p. circulus, qua pyramis sit aequalis altitudini pira-
midi d e a. i. aut cathetus sit d e. aut ~~superficies~~ curvae superficiei rotundae pyramidis sitae
in maiori basi quam sit a n c p. circulus cuius. a. pyramidis sit altitudo sive cathetus
d e. si enim quantitas ad aliam comparetur cuius acceptio sane inutilis est, quod t. sit aequalis, vel
maior, vel minor, sit itaque quod metiatur talis quod prius t. non esse aequale curvae superficiei
d e a. pyramidis scilicet minoris basis, et eiusdem altitudinis. sit quod basis illa h k. inclusa
intra corpus iuxta idem centrum d. sit quod eius cathetus d e. deinde inscribatur a c n p. circulo
figura polygona equalium laterum, et angulorum ita quod eius latera non contingant. h r. ut
docet XII^mi^ deinde ab e. dimittantur ypothenuse singule ad singulos poligonij qua omnes cum semidia-
metris subintellectis. Q d e. facient triangulos orthogonios, ducatur a. e k. linea in
medio puncto. a b. lineae. Quam si bene consideres perpendicularis est ad a b. sit item e k.
ypotenusa demissa ab e. ad k. in circulus. h k. secat linea d a. est itaque tangendo d. e k.
orthogonius qui circumducatur per circumferentiam h k. donec redeat ad k. unde ceperat ad
perficiendam pyramidem rotundam d e k, aut pyramidis rotundae superficies sit sed talis quod aequa
lis triangulo t. dico e k. est perpendicularis ad a k. quod quod fit ex ducto e k. in a k. est duplum
trianguli e a k. per 12^m^ primi Euclidis: si id quod fit ex ductu e k. in k u. duplum est trianguli e k u.
quod quod fit ex ductu e k. in a b. ... est duplus trianguli e a b. per prima 2 Eucl. eademque ratione
id quod fit ex ductu e k. in u c. est duplum trigoni e c b. consimilique ratione, si u n. maius invenies
id quod fit ex ductu e k. in o m. et incerta latera polygonij in n. n o. o p. p q. q a. esse duplum
omnium trigonorum ypothenusi: potes enim t. angulo constituere ductis lineis a b e. ad latera
poligonij perpendicularis ut e. e t. quod est eadem e k. sed k. angulus est rectus quod e a. est
maior quam e k. sed circumferentia a c n p. est maior ambitu poligonij. sum a u. e t u o.
et consimilibus lineis rectis. fit superficies quod est maius id quod fit ex ductu e a. in circumferentiam
tam quam id quod fit ex ductu e k. in ambitum poligonij. sed id quod fit ex ductu e a in circumfere-
ntia tota est duplum trianguli f. e k. ex ypote. s t. est aequalis
circumferentia, et e a. est aequalis s z. et id quod fit ex ductu e k. in ambitum poligonij est duplum
omnium triangulorum ypothenusalium pariter acceptorum quod maius est duplum trigoni f. quam
duplum trigonorum ypothenusalium sub duplo maiori scilicet trigonus t. omnibus trigonis ypothe-
pariter superficies sed trianguli in po^les^ pariter superficies. sed trianguli in po^les^ pariter superficies ma
iores sunt curvae superficie pyramidis rotundae d e k. non quod est ei aequalis qui primus
dicebam. sit quidem si non talis t. t. aequalis curvae superficiei rotundae pyramidis sitae in

maiori basi qua acnp. circulus cuius pyramidis sit cathetus de. . . . . td. tri ca sit dek. pyramis rotunda pportio et yposa eh. sit aequales sed et circumferentia k.h. sit aequalis st. dicatque talis ergo t. non esse aequale curvae superficiei deh. sed alter pyramidis ~~circulus~~ sita in maiori basi eiusdem altitudinis, et sit basis illius pyramidis circulus aeng. pyra: vero fundata super acnp. sit dea. aequalis sunt talis ergo t. trigono imple ek. linea est maior eh. et ex ypothe: ita inscriptum sit poligonum ut non cotingat circulum inclusum illius lateris ut cum potrahatur eh. erit equaliter linea maior ek. quod facile est videre quia vel perveniet ad circulum, vel ad latera poligonij ipsa ergo non potracta est minor ek. et omnia latera poligonij pariter sumpta sunt maiora quam circumferentia hk. ergo maius est id quod fit ex ductu ek. in abitum poligonij quam id quod fit ex ductu eh. inter sectum sed in st. sed id quod fit ex ductu in st. est duplum trianguli t. et quod ex ek in abitu poligonij duplum est ad omnes trigoni ypotenusales quam t. sed sub duplum sub duplo maius at. t. est talis ergo est aequalis superficiei curvae pyramis dea ergo omnes trigoni ypothenusales sunt maiores curva superficie dea. rotunda pyramis superficies inclusa superficie includente maior quod est imple relinquo ergo quod erat demonstrandum. ex h. manifestum est quod pportio curvae superficiei rotundae pyramidis ad suam basim est sicut sive est ypothe. ad semidiametrum suae basis Archimenides ut in quadrata circuli ostendit circulum esse aequale quam contra itaque ex ductu circumferentiae in semidiametrum fiant superficies dupla circuli, et eiusdem circumferentiae in hypote: fiat superficies dupla pyramis superficiei erit pportio productorum quam pduceretur . . . . ergo quae est pportio dupli curvae superficiei pyramis ad duplum suae basis eadem est ypothe: ad semidiametrum sed duplorum, et subduplorum eadem pportio curvae superficiei pyramis rotundae ad suam basim quam est ypothe. ad semidiametrum basis





16

Arietis castellani 13 116

2

Cuiuslibet columnae rotundae curva superficies est aequalis tetragono quod continetur sub lineis aequalibus axi columnae, et circumferentiae basis

Hoc eodem genere demonstrationis quo et praecedens theorema demonstratur. sive est dicatur . . . quadrangulum aequale . . . superficiei maioris columnae eiusdem altitudinis sui ma-

4

Quorumlibet duorum circulorum circumferentiae suis diametris sunt pportionales.

Describantur duo circuli abc efg, circa centra d, h, dico quod proportio diametri eta ad diametrum gha est quae circumferentiae ad circumferentiam, si enim ita non fuerit, erit pportio eta diametri ad gh diametrum quae est circumferentiae abc ad minorem circumferentiam vel maiorem quam efg. et sit pportio ad minorem circumferentiam. scilicet ik. describatur ergo inter circulum efg poligonium equilaterum et equiangulum contingens circulum ik describatur quoque polygonium simile intra circulum abc. et sit ik circa centrum h. et age. ergo quae est propter ea diametri ad ge eadem est abc circumferentiae ad ik circumferentiam ex hypothesi. fabricata erit quae est ca ad eg. ea est ambitus polygonij ad ambitum polygonij per p. xiimi ergo quae est abc circumferentiae ad ik, ad ambitum polygonij efg, sed efg est maior ambitu sui polygonij. ergo ik circumferentia est maior ambitu polygonij efg. relinquitur ergo quod non sit pportio abc circumferentiae ad minorem circumferentiam quam efg. quae diametri ca ad diametrum eg. quod falsum . . . . Sit itaque pportio abc ad maiorem circumferentiam quam efg quae diametri ad diametrum, itaque ms. ergo est contrario pportio eg diametri ad ac quae ms ad abc, est autem pportio eg ad ac quae efg circumferentiae ad aliquam circumferentiam, itaque illa ti quae est ergo pportio eg ad ac eadem est ea. ms. circumferentiae ad abc circumferentiam quam efg circumferentiae ad ti. ergo quae est ms ad abc. eadem est efg ad ti permutata. quae est ms ad efg eadem abc ad ti. sed ms est maior efg ergo abc est maior ti, est itaque eg diametri ad ac. quae est efg ad circumferentiam ti minorem abc quod prius improbatum relinquitur ergo pportio. idem aliter posset demonstrari per 3am Archimedis de dimensura circuli, sed non adeo sufficienter. Ex hoc liquet theorema quod id quod fit ex ductu circumferentiae in diametrum alterius circumferentiae est equale ei quod fit ex ductu suae circumferentiae in diametrum primi circuli

maiori basi quã a c n p. circulus cuius pyramidis sit caths. de. . . . t d. tri ea sit de k. pyramis rotunda pp̃o.ta et ypo.sa e h. sit aequales sz et circunferentia k. h. sit aequalis et dicatq; talis g.o t. nõ ẽẽ aequalẽ curuae supficiei de h. sz alter pyramidis ~~circulus~~ cita in maiori basi eiusdẽ altitudinis et sit basi ill... pyramidis ...



2

Cuiuslibet columñe rotundae curua supficies ẽ aequalis tetragono q cõtinet sub lineis aequalibus axi columnę, et circumferentiae basis

Hoc eodẽ gnere dmtõis quo et praecedens theorema demonstratur. sine ẽ dicatur quadrangulũ aequale curuae supficiei maioris columnę eiusdem altitudinis cui maioris columnę q̃n sit illa cuius axis, et circunferentia basis sunt aequalia lineis cõtinentib quadrangulũ pbatur contrariũ describat.r n. secũdũ basẽ maiorẽ poligoniũ aequilaterũ cuius latera circulũ minorẽ nõ cõtingant, et erigantur à singulis angulis poligonij ppendiculares basi et aequales axi quae oẽs cadent ĩ curuã supficiẽ maioris columnę. aliõqui duae lineę sup pera unũ eiusdẽ lineę orthogonaliter insistut ~~tt~~ linea qua suo circuitu describit supficiẽ columnalẽ si ẽ capita linearũ ppendicularũ rectis lineis coniungantur fient quadranguli rectanguli interiorẽ columnã minime cõtingentes qui oẽs parit accepti erant maiores curua supficie minoris columnae inclusa, et minores maioris, et aequales ei quod fit ex directo ppendicularũ siue axis in totũ ambitũ poligonij qui maior ẽ circunferentia basis minoris et minor maioris obuianti g. ordine praecedẽtis demõstratiõis facile patebit ppositum.

3



Ex ijs g. manifestũ quod pportio curuae supficiei columnae ad suã supficiem suę pyramidis est tanq pporo. axis columnae ad medietatẽ ypothe: pyra.s erit quidẽ pporo. curuae supficiei columnae ad suam basim sicut axis columnae ad quartã partẽ diamet.i basis. Ro ex ductu circunferentiae circuli ĩ medietatem ypothe: fit curua supficies pyra.s pxima, et ex ductu eiusdẽ circunferentiae maxẽ columnę fit curua supficies colũne pista g.o in pductorũ, et pdomentiũ eadẽ fit pporo. erit pporo. suę supficiei columnae ad suã supficiẽ suę pyra.s tãq axis columnae ad medietatẽ ypothe: pyra.s amplius, ex ductu circunferentię circuli in medietatẽ circuli semidiametri pueniit area circuli, et ex ductu eiusdẽ circunferentiae maxẽ colũne pueniit curua supficies columnę g.o conductorũ, et pdomentiorũ eadẽ sit pporo. erit pporo. curuae supficiei columnae ad suam basim q est axis columnae ad quartã partẽ diametri basis et sic dr pz coroll suo iunctum theoremmati.

5

Quarumlibet duarum piramidum rotundarum inaequalium et similium curua superfities habent differentiam aequalem ei quod fit differentia ipotenusarum in dimidias circuinferentias suarum basium Ro esto foec, piramis rotunda cuius basis circulus, eab, catetus, oc, curua superfities k esto quoq minor piramis dim similis piramidi, oec, cuius basis, anm, catetus, di, ipotenusa, im. curua superfities, l, dico ergo quod differentia augumenti k, curuae superficiei ad superfitiem l,

est id quod fit ex ductu augumenti, ce, ipotenuse sit, im, inmedietates circumferentiarum abe, anm, sit è trigonum ortogonium, stp, cuius latus, it, sit æquale, ce, et, tp, sit æquale circumferentiæ, eab, eritq trigonum, stp, æquale, k, per primam huiusmodi resecentur itaq ab, st, zs æqualiter, im, æquedistante, zi, demissa, az, pco, age itaq tam, z, quam, t, est rectus et, s, angulus est communis ergo duo trigona, stp, et, stz, sunt similia sunt è zp, et, tp, æquedistantes ergo proportio, st, ad, tp, est, asz, ad zi, item quæ est proportio diametri eb ad diametrum, ma, eadem est circumferentia, eab, ad circumferentiam, ina, per proximam et quæ, eb, ad, am, eadem est, ce, ipotenusa ad, im, ipotenusam per diffinitionem similium piramidum ergo proportio, oc, ad, in, quæ est, aeb, ad, anm, ~~scilicet~~ sed, st, qoe, egb, et sp, im, et, sz, sunt æqualia ergo proportio, st, ad sz, gtp, ad, anm, sed gst, ad, sz, eadem est tp, ad zi, per trigona similia ergo anm, cum zi sunt æquales gtp, lateris ad illa eadem sit proportio sic ergo trigonum sgz, æquator piramidi l, per primam huius partis ergo quæ differentia k, piramidis ad l, piramidem est superfities, zitp, ducatur ergo linea zp, az, inp, et, it, linea, ty, at, iy & zti, ypz, triangula sunt super yz, basim inter zp, et tp, æquedistent ergo sunt æqualia ergo id quod fit ex ductu, zt, in, zi, est duplum ad, ztp, et ita id quod fit ex ductu zp, in medietatem, tp, est æquale ztp, itaq zt, py, quæ est differentia k, ad, l, quæ fit ex ductu differentiæ, oe, ad, im, scilicet lineæ zt, in medietatem circumferentiæ egb, et medietatem circumferentiæ, anm, quæ sunt per æqualitatem medietates tp, et, ty, linearum quod proposuimus



‡

Ariclis castellani 13 116 2.2

‡

6.

In circulo descripti poligonij æquilateri æquianguli medietas ad terminos diametri terminata diametro stante circumuoluatur et erunt conicæ superfities totius corporis æquales ei quod fit ex ductu lateris circumducti in omnes circumferentias descriptas ab angulis siue ei quod fit ex ductu circuli continentis poligonium in lineam quæ cum diametro eiusdem circuli et latere poligonij in eodem circulo constituit triangulum ortogonium. Esto ergo circulus, ahid, et poligonium æquilaterum et inscriptum dispositum ab singulis angulis poligonij ad oppositos ducantur lineæ et sint, nm, fg, hd, le, bc, secantes diametrum, ai, perpendiculariter. Ne tam nimis diligens lector scrupulum possit inuenire quo progrediens pedem offendat probemus illas perpendiculariter stare super, ai, age, igitur, adc, et abh, arcus sunt æquales ergo, ciy, et biy, angulos cadentes inæquales arcus sunt æquales et, ib, latus ~~ib~~ ib lateris un et trigonus, yby, trigono, ycy, quare y, utiq, s rectus cum alter alteri sit æqualis sic ergo bc, stat perpendiculariter super ai, simili ratione, nm, perpendicularis, c, ad, ai, item c, cum, le, et, bc, faciunt duos angulos cadentes inæquales arcus scilicet bbgcc, et illi anguli sunt coalterni ergo, le, bc, sunt æquedistantes eadem ratione le, hd, sunt æquedistantes gfg, et ~~nm~~ nm, deinde protenduntur lineæ, ns, fd, he, lc, secantes diametrum, ai, obliquæ protraantur et, ai, in occursum ec, similiter et, dc, ad puncta kz, erit ergo nm, ~~fg~~, hd, le, bc, diametri circulorum quos describunt anguli semipoligonij circumducti adi; dico itaq quod conica superfities poligonij fit ex ductu lateris scilicet, de, in omnes circumferentias quarum diametri sunt, nm, fg, hd, le, bc, et quia est æqualis ei quæ fit ex ductu, he, madih, circumferentiam rationis causa superfities piramedis, yic, quam describit ic, ipotenusa et est axis illius piramidis iy, diameter uero basis linea, bc, ergo per primam huius superfities curua piramedis iyc, quam describit, ic, per circumuoluta est superfities quæ fit ex ductu, ic, inmedietatem circumferentiæ diametri, bc, item in ortogonis sez, et iok, y, et s, anguli sunt recti et k, est communis ergo illi duo trigoni sunt similes item superfities curua

quam continent lineæ sb, ce, et circuferentiæ diametrorum le, bc quam inquam super-
fitiem describit, ce, latus circumuolutum est differentia duarum piramidum inæ-
qualium et similium quarum minoris axis est ik, ipotenusa kc, diameter uero
basis bc, maioris, a, axis est, ks, ipotenusa ke, diameter uero basis le, ergo per
proximam illa superfities quam describit, ce, circumuoluta fit ex ductu ce, in
medietatem circumferentiæ, bc, et medietatem circumferentiæ, le, ergo curua
superfities piramidis yc, quam describit yc, et curua superfities quam descri-
bit ce, pariter sumptæ fiunt ex ductu, ce, et in circumferentiam eius diametri
bc, et medietatem circumferentiæ, le, quoniam ic, ad ce, latera sunt æqualia
in poligonio suo et curua superfities quam describit, de, circumuoluta est diffe-
rentia duarum piramidum inæqualium et similium scilicet odz, sez, ergo illa
curua superfities fit ex ductu de, in medietatem circumferentiæ le, et medieta-
tem circumferentiæ hd, et sic superfities curua quam describit, is, et quam describit
ce, et quam de, sunt æquales ei, quod fit ex ductu de, in circumferentias bc, lc, et
medietatem, hb, simili ratione inuenias curuam superfitiem am, et quam describit
mg, et quam describit gd, scilicet medietate totius conicæ superfitiei corporis totius
poligonij esse id quod fit ex ductu gd, siue de illi æquale in circumferentiam nm
et fg, et medietatem circumferentiæ ~~hd~~ hd ergo si sufficienter numeres re-
peries totam conicam superfitiem fieri ex uno latere poligonij scilicet, de, in
omnes circumferentias quas describunt anguli poligonij quorum diametri
sunt, nm, fg, hd, lc, bc, et sic quidem constet prior pars propositi rursus y, utrobique
est rectus et c, et b, anguli cadentes in equos arcus il, ic, sunt æquales ergo reliqui
anguli illorum duorum triangulorum sunt æquales ergo byi, oyi, trigoni sunt
similes simili ratione probabis trigonos esse similes tyc, tlc, koh, oxd, pgt, aeg,
pam, ergo quæ est proportio yi, ad bi, eadem est ty, ad yc, et st, ad sl, et ks, ad sc, et
ko, ad oh, et xo, ad od, et xq, ad qf, et og, ad qg, et op ad pn, et ap, ad pn, et ap ad pm

ergo quæ est proportio yi, ad by, eadem est totius ai, ad omnes rectas lineas be, le, hd, fg
nm, sed quæ est ai, ad nm, et fg, et hd, et le, et bc, eadem est ad yh, circumferentiæ
ad omnes circumferentias quas describunt anguli poligonij quarum diametri
sunt nm, fg, hd, le, bc, per tertiam huius et penultimam quinti Euclidis ergo quæ
est proportio yi, ad by, eadem est ad hy, ad quinque circumferentias diametrorum
nm, fg, hd, le, bc, ergo id quod fit ex ductu primi in ultimum scilicet by, siue
cd, quod idem est in omnes circumferentias est æquale ei quod fit ex ductu
eh, in adih, sed ex de in quinque circumferentias fit tota superfities polig-
onij ut præostensum est ergo tota superfities corporis poligonij æquatur ei quod
fit ex ductu eh, in hi, da, circumferentiam et sic itaque pars propositi constat
plene. Et eodem modo patere poterit si fuerint latera semipoligonij
numero imparia descripta tamen superfities à medio latere poligonij in
columnam erit esto enim figura x, æqualium angulorum et laterum inscripta
circulo, adih, ductis lineis ab singulis angulis ad oppositos angulos sicut
prius perpendiculariter ad ai, et alias obliquè secantes ai, sicut in
dispositione proxima dem, ab centro ducatur linea cd, perpendicularis
ad age, secans ge, in duo æqualia et oh, similiter perpendicularis ad fl,
secans fl, in duo æqua dem, abo, mf et me, ducantur duæ lineæ scilicet
of, oe, ~~&~~ ag, hf, et gd arcus sunt æquales quia sunt medietates ge, fl,
æqualium laterum et fa, et sa, sunt æquales arcus ergo ah, et ad, arcus
sunt æquales sed utraque est quarta circumferentia ergo, o, gemini anguli
centrales cadentes in illos equos arcus sunt recti ergo hod, est una linea
recta similiter cum q, fae, sit semicirculus erit foe una linea recta item cum hd
sit perpendicularis ad, et fl, ex dispositione erunt ge, et fl, æquedistantes
sed et sunt æquales quia sunt latera poligonij ergo fg el, est parallelum

Archis: castellani 13 116 22

rectangulum cum itaq; fg, le, sit æqualis et æquedistans similiter fl, et gc stante igitur mp, circumuoluatur superfities fe, et fiat columna cuius basis erit circulus quem describit le, axis uero mp, si fit a, curua superfities illius columnæ ex ductu axis mp, siue fl, in circumferentiam diametri le, per secundam huius ratiocinando igitur ut prius propa quod conica superfities poligonij corporis fit ex fl, in circumferentiam quatuor diametrorum nm, fg, le, bc, sic etiam ut supra probetur conicas illas superfities fieri ex ductu gf, in ahdi, circumferentiam et sic omnis constat propositio





7

Cuiuslibet sphæræ superficies est qualis quadrangulo rectangulo qui sub lineis equalibus diametro sphæræ et circumferentiæ maximi circuli continentur.

Esto abcd circumferentia cuius diameter sit ab. stante ergo ob circumducatur acb et fiat sphæra dico ergo quod id quod fit ex ductu diametri in acbd circumferentia est æquale superficiei sphæræ abcd sit autem sit æquale superficiei sphæræ maioris uel minoris et primo minoris scilicet sphæræ quam describit sah semicirculus circumuolutus circa o centrum consistentis. dispositio inscribatur abcd poligonium æquilaterum et æquiangulum quod minime contingat circulum esse h deinde ab o centro ducatur m perpendicularis ad af secans fa in duo equalia et alia attingit in f et age ab diameter est maior bf ergo id quod fit ex ab in abcd circumferentiam est maius eo quod fit ex ductu bf in eandem scilicet id quod fit ex bf in abcd circumferentiam est æquale conicis superficiebus poligonij corporis per proximam at conicæ superficies corporis poligonij sunt maiores superficie sphæræ minoris mh inclusæ ergo id quod fit ex ductu ab in abcd maius est superficie sphæræ ex h contra præconcessa, relinquitur ergo quod id quod fit ex ductu ab in abcd circumferentiam non sit æquale superficiei minoris sphæræ

#

#

sphæræ quam abcd. sit itaq; si fieri potest maioris breuitatis, et et in ea priorum obseruetur dispositio et sit sh sphæra proposita et diameter sh dico ergo quod id quod fit ex ductu sh diametri in hus circumferentiam non est æquale superficiei minoris sphæræ quam hs ut modo ostensum est Si autem sit æquale superficiei sphæræ acbd responsio age f angulus cadens in semicirculum est rectus similiter et i rectus ex dispositione et a est communis ergo aio afb trianguli sunt similes, ergo quæ est proportio af ad ai eadem est abf ad oi sed af est dupla ad ai ergo bf est dupla ad oi sed oi est maior quam os quæ os est subdupla ad diametrum hs ergo bf est maior hs et acbd circumferentia est maior sah circumferentia ergo id quod fit ex bf in abcd est maius eo quod fit ex hs in sah circumferentiam sed id quod fit ex bf in abcd est æquum superficiebus conicis corporis poligonij per proximum et quod fit ex huius diametro in ~~sah~~ sah circumferentiam est æquum superficiei sphæræ abcd secundum Falsigraphum ergo conicæ superficies poligonij sunt maiores superficie acbd sphæræ inclusam includente maius quod est impossibile relinquitur ergo propositio.



8 Ex hoc ergo manifestum est quoniam superficies sphæræ est quadrupla maximo circulo eiusdem sphæræ et æqualis curuæ superficiei columnæ cuius tam axis quam diameter basis æquatur diametro sphæræ totaque columnæ superficies superficiei sphæræ sexquialtera est ut enim in quadratura circuli ostensum est quod fit ex ductu quartæ partis diametri in circumferentiam est æquale circulo ergo quod fit ex diametro in circumferentiam scilicet superficies sphæræ est quadrupla ad circulum Item ex ductu diametri in circumferentiam maximi circuli fit superficies sphæræ ex subductu axis in circumferentiam basis fit curua superficies columnæ si ergo tam axis quam diameter basis columnæ sit æquale diametro sphæræ erit superficies sphæræ superficiei illius columnæ æqualis.

Ex hoc etiam sequitur quod curua superficies columnæ cum duobus circulis qui sunt extremitates columnæ est sexquialtera ad superficiem sphæræ et hoc est propositum omne corpus ~~erectum~~ rectum super basim supereminenti superficiei æqualem et similem et æquedistantem dicitur continere

Archis castellano 13 116 22

Omne corpus convexarum superficierum inscriptibile et circumscriptibile sphoerae
aequum est pyramidi huius basis est aequalis superficiei solidae et altitudo
semidiametro sphoerae inscriptae solido. ~~Sit~~ esto solidum convexarum super-
ficierum caeb inscriptibile et circumscriptibile sphoerae. Dico quod corpus
aceb est aequale pyramidi cuius basis est aequalis convexis superficiebus aceb
corporis propositi et altitudo aequalis semidiametro sphoerae inscriptae solido aceb
rationis causa protrahantur ab centro o ad tria latera superficiei poligoniae
quae circumvoluta facit solidum tres perpendiculares et sint oi oz ot
protrahantur item ad ~~qu~~ quatuor angulos cfxa ab centro quatuor lineae oc of
ox oa protrahaturque ax et xf in occursum oc lineae ab f vero ducatur fp
perpendicularis ad oc similiter ab x xb perpendicularis ad eandem oc ergo age
triangulus ofc stante oc circumductus et facit duplicem pyramidem
ofc aequalem pyramidibus opf pfc scilicet columna quae fit ex ducta
pc in circulum quam describit ~~fb~~ fp est tripla ad pyramidem fpc
per eandem quod autem ex ducta axis in basim fiat columna sumit demonstratio
ob in eundem circulum triplum est duplicis pyramidis ofc per primam
sexti elementorum sed est tam i quam p est rectus et c est communis ergo oic
et cpf trigona sunt similia ergo quae est proportio oc ad oi eadem f ad fp
et quae est of ad fp eadem est curvae superficiei fcp pyramidis quam
describit linea fc ad circulum quem describit fp per corollarium primae
huius ergo quod fit ex ducta lineae oc in circulum descriptum ab fp
et illud est aliqua columna ~~pro~~ per descriptionem praecedentem est
aequale ei quod fit ex oi linea in curvam superficiem pyramidis quam
describit fc cum fc sit oc et oi lineae et fc superficies pyramidis
et fp circulus proportionales quod fit ex ducta primae in ultimum aequum est ei
quod fit ex secundo in tertium sed quod fit ex ducta oc in circulum quem
describit fp circumvoluta est columna tripla dupli pyramidi opf pfc
ut praeostensum est ergo solidum quod fit ex ducta lineae oi in curvam
superficiem quam describit fc scilicet in pyramidem fpc aequale
est circumferentiae columnae et ita est triplum ad duplicem pyramidem
opf fpc sed illius circumferentiae columnae quae fit ex ducta oi in curvam
superficiem quae fit aequalis curvae superficiei pyramidis fp quam

superficiem describit fc circumvoluta subtripla est pyramidi cuius
altitudo est oi basis vero aequalis curvae superficiei quam describit fc
per nonam duodecimi elementorum ergo duplex pyramis ofp fpc
est aequalis pyramidi ~~huius~~ cuius altitudo est oi basis vero circulus
aequalis curvae superficiei quam describit fc. Sic ergo illa pyramis
rotunda m amplius ex ducta ou axis ~~et ex ducta od axis in eundem~~ in
circulum descriptum ab nu fit columna tripla pyramidi nou et ex ducta
od axis in eundem circulum fit columna tripla ndu ergo quod fit ex
ducta od in eundem circulum est ~~et~~ triplum dupli pyramidi ndu nuo
per primam sexti. Item tam u quam z est rectus et d est communis
ergo nud et doz trigona sunt similes ergo quae est proportio od ad zo
eadem est dn ad nu sed quae est dn ad nu eadem est curvae superficiei
pyramidis dnu quam describit linea dn circumvoluta ad circulum cuius
semidiameter est nu per corollarium primae huius ergo quae est proportio
angulo atio simile (tota namque polygona sunt similia) maior igitur est dg ipsa ot, equalis autem est circuli def circumferentia ipsius abc polygoni ambitui, rectangulum igitur sub dg et def circumferentia comprehensum maius est rectangulo sub ot et ipsius abc polygoni ambitu, est autem rectangulum sub dg et circuli def circumferentia comprehensum duplum circuli def (et hoc quidem ab Archimede in de circuli circumferentia demonstratum est) rectangulum autem sub ot et ipsius abc polygoni ambitu comprehensum duplum est polygoni abc, quare et ipsoque dimidia maior est circulus def polygono abc.





3

Quod quidem igitur rectangulum sub circuli ambitu et ea que ex centro comprehensum duplum est circuli, demonstravit Archimedes, nihilotamen minus demonstrabitur et deinceps, et hoc cum non opus sit illo Archimedis ordine, huius solius theorematis causa facto.

Sit quidem circulus abcde et rectangu-





lineam sub ambitu ipsius et ea, que ex cen
tro comprehenso dimidium sit spatium f.
Dico quod spatium f equale est circulo
abcde, quod si non, sit primum quidem
si possibile est minus. Possibile iam est, per
introductionem que in 12° elementorum
inscribere in abcde circulum polygonum,
ut inscriptum polygonum maius sit spatio
f. si prius inscribatur quadratum in cir
culum et circumferentie reliquorum segmen
torum semper bifariam dividantur quo
adusque derelinquantur quedam segmen
ta, que minora sint excessu, quo ex
cedit abcde circulus ipsum f spatium. in
scribatur, et sit abcde polygonum et a
centro g ducatur in unum polygoni la
tus ea perpendicularis gh. Quoniam
igitur ambitus circuli abcde maior est
ambitu polygoni abcde, quodcumque illud
sit, que autem ex centro maior est ipsa
gh, rectangulum igitur sub ambitu circu
li, et ea, que ex centro comprehensum ma
ius est rectangulo sub ambitu polygoni
abcde et gh comprehenso, quare et di
midiando maius est spatium f polygo
no abcde, quod est impossibile, supponitur

namque





namque minus, sit quidem si possibile est
maius possibile iam est circa abcde
circulum polygonum describere ut spatium
f maius sit polygono circumscripto, si
prius quadratum circumscribatur circa cir
culum et bifariam semper divisis derelictis
circumferentiis tangentes ducantur, quo
adusque derelinquantur quedam segmenta
figurarum que ~~erunt~~ sint minora exces
su, quo excedit f spatium abcde cir
culum, hoc autem quomodo possibile sit
necessitate fieri, demonstrabitur. Circum
scribatur igitur, ut dictum est, polygonum,
et sit iklmn, et coniungatur a centro
g ad unum contactum o ipsa go. Quo
niam igitur ambitus polygoni iklmn maior est
ambitu circuli abcde, rectangulum igitur
sub ambitu polygoni iklmn, et go com
prehensum maius est rectangulo sub ambi
tu circuli abcde et ipsa go comprehen
so, et dimidiando igitur polygonum
iklmn maius est spatio f, quod est
impossibile, supponitur namque minus. Non igitur
spatium f maius est circulo abcde,
ostensum autem est quod nec minus,
equale igitur est, et est ipsius f spa

Arietis stellarum 13 116 22

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7 20. bor: 3

que ipsa sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8 20. bor. 3

310

147 4



ni dupli rectangulum sub ambitu circuli abcde et ca, que ex centro circuli.

4

Non solum autem quadrangulis planis figuris que et equilatere et equiangule sunt maior circulus est maior sed et eis que nec latera nec angulos habent equales, quando eundem cum ipsis habet ambitum. Demonstrabitur quidem et figuris que equalem habent ambitum quecumque polygone sunt et latera habent multitudine equalia maximum est quod et equilaterum est et equiangulum. Primum igitur ad istius demonstrationem assumpta theoremata describemus.

Sit triangulus abc maius habens latus ab latere bc, et sit recta linea d, que minor quidem sit ipsa ab, maior autem ipsa bc. Dico quod possibile est super ac duas constituere rectas lineas, que ambe simul similiter ambabus abc sint equales, una autem equalis ipsi d. Qua quidem excedunt ipse abc ipsam d sit e.

e



e igitur ipsa quidem ab minor est, cum ambe abc ambabus d, e sint equales, quare d ipsa cb maior est, e autem ipsa cb est maior, cum rursus ambe ipse abc ambabus d, e equales sint, quare d ipsa ab minor est. Quoniam igitur ipse abc ipsa ac sunt maiores, et ipse igitur d, e ipsa ac sunt maiores. et quoniam ipse acb ipsa ab sunt maiores et est ipsa quidem d maior ipsa cb, ipsa autem e minor ipsa ab, multo igitur ipse ac, d ipsa e sunt maiores. similiter quoniam ipse acb ipsa ab sunt maiores, sed et e maior est ipsa cb, et d minor ipsa ab, multo igitur ipse ac, e ipsa d sunt maiores, possibile igitur est ex ac, et duabus equalibus ipsis d, e, triangulum constituere, constituatur et sit acf. Et manifestum est quod si equales sunt ipse d, e, isosceles erit triangulus acf si vero inequales maior ipsarum erit equalis ipsi cf.



5

Triangulorum eundem ambitum et basim eandem habentium maximum est isosceles, reliquorum autem quo minus alterum alterius laterum

66

Arietis castellani 13 116 2
precedens duarum que sunt in cornu
Ariet: 1 27.47 — 7.20.60v: 3
que ipsam sequitur
Ariet: 2 28.47 — 8–20.60v. 3

excedit ~~--~~ eo est maius.

Super basi igitur ab sint trianguli equalis ambitus, isosceles quidem abc ipsum autem adb id, cuius due coniuncte latera alterum altero minus ~~--~~ excedit ~~--~~ quam duo latera alterum alteri ipsius acb (possibile namque est sic ipsa constituere per id, quod paulo ante preaccepta est[1].) Dico quod maximum est ipsum abc, maius autem ipsum abd ipso abe. Extendatur ac, et ponatur ipsi cb equalis cf, et coniungantur fd, dc. Quoniam igitur ipse fca ipsa af sunt maiores et ipsis igitur acb sunt maiores, equalis namque est ~~cb~~ ipsi cf, sed ipse acb ipsis adb sunt equales, et ipse igitur adf ipsis adb sunt maiores, communi sublata ad, reliqua fd ipsa db maior est, due iam fcd duabus bcd equales sunt altera alteri, et basis fd basi db maior est, angulus igitur qui sub fcd angulo qui sub dcb maior est, qui igitur sub fcb eo, qui sub dcb maior est quam duplus, duplus autem est eius, qui sub cab, hoc est eius, qui sub cba (isosceles namque est triangulum abc[2]) et qui igitur sub cba maior est eo, qui sub dcb, ponatur ipsi equalis qui

sub

Marginal note: ... ipse abc ... basis ab equales sunt ... et ipsa ab ... non est.

sub bcg, equedistans igitur est cg ipsi ab, eo qui coalterni sunt anguli sint invicem equales, producta igitur ipsa cg et ad, et coniuncta ipsa bg manifestum fit quod abc triangulum maius est triangulo adb, equale namque est ipsum abc ipsi agb. Rursus producta ipsa ad in h ponatur ipsi db equalis dh, et coniungantur ipse he, ed. Quoniam ae hoc est ipsis adb, hoc est ipsis aeb sunt maiores communi sublata ae reliqua igitur eh ipsa eb maior est, due iam hde duabus bde equales sunt altera alteri, et basis he maior est basi eb, et angulus igitur qui sub hde angulo qui sub edb maior est, qui igitur sub hdb maior est quam duplus ~~eius~~ eo qui sub edb, eius autem qui sub dba minor quam duplus est ideo angulus, qui sub hdb, maior namque est angulus, qui sub abd eo qui sub dab, equales namque sunt qui sub cab, cba, maior igitur est angulus qui sub dba angulo qui sub bde constituatur ad ipsam bd, ad signum quod d angulo, qui sub abd





Arietis astellaru 13 116 2 2

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27 . 47 . — 7 . 20 . bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28 . 47 — 8 — 20 . bor: 3

310

147 4

equalis angulus qui sub bdi. manifestum igitur est, quod equedistans est recta que est inter de et ti ipsa scilicet di ipsi ba, cum qui coalterni sunt anguli invicem sint equales, producta igitur ipsa be usque ad equedistantem di et concurrat cum ea in i, et coniuncta ai erit triangulum abd equale triangulo abi, cum super eadem sint basi ab et in eisdem equedistantibus ab, di, quare maius est triangulum adb triangulo aeb, quod minus est triangulo aib.



6

Rursus sint duo triangula rectangula similia abc, def, equales habentia angulos, qui ad c, f. Dico, quod quadratum, quod ab ac, df ut una equale est et ei quod ab bc, ef quadrato ut ab una, et ei, quod ab ab, de quadrato ut ab una. Extendatur quidem fe in g, et ponatur ipsi bc equalis eg, et per ipsum g dem g ipsi de equedistans ducta occurrat ipsi

fd

fd producte in signo h, et per ipsum d ipsi gf equedistans ducatur di. Quoniam igitur ~~equedistans~~ equalis est di ipsi eg, in parallelogrammo enim, hoc est ipsi bc, et qui sub hdi angulus ei, qui ~~sub dfe~~ ad f angulo, hoc est, ei qui ad c equalis est, et qui ad i ei, qui ad b equalis est, ambo enim recti, reliquus igitur qui ad h reliquo qui ad a equalis est, equiangula igitur et equalia sunt triangula hid, abc, quadratum igitur, quod ab hf equale est quadratis, que ab hg, gf, hoc est quadratum quod ab ac, df ut ab una, quadrato quod ab ab, de ut ab una et quadrato, quod ab bc, ef ut ab una.



7

Duo similia isoscelia triangula duobus isoscelibus triangulis super eisdem basibus constitutis dissimilibus quidem ad invicem et eis que similia sunt, equales tamen ipsis ambitus habentibus, ~~ambobus ambo~~ maiora sunt.

Arietis stellarum 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor: 3

310

147 4

Sint similia isoscelia triangula abc, bde, et in eisdem basibus ab, bd alia isoscelia triangula abf, bdg, ipsis quidem abc, bde equalem habentia ambitum invicem autem et eisdem abc, bde ex necessitate dissimilia cum anguli sint inequales; hoc autem quod ita sit cum fuerit demonstrabitur. Dico quod abc, bde simul ambo ambobus ipsis abf, bdg simul sunt maiora. Coniungantur fc, eg, et extendantur in bases, divident iam ipsas et bifariam et ad angulos rectos, equales namque sunt ipse af, fb ipsis [?] et bases ac, cb sunt invicem equales cum triangula sint isoscelia, et anguli igitur erunt equales ~~et similia~~ triangula afc, bfc similia et anguli igitur qui exterius sunt ach, bch equales erunt, cum equales sint qui interius sunt acf, bcf, equales autem sunt, qui sub cah, cbh, quare et reliqui, qui ad h erunt equales, recti igitur sunt qui ad h, et equales ipse ah, hb, similiter autem qui ad i recti sunt et equales ipse bi, id, dividant igitur in signis h, i, et extendatur fh et ponatur ipsi equalis hk, et coniungatur kb. erit iam equalis angulus, qui sub fbh ei, qui

~~demonstratum hoc in sequenti 8.~~

qui sub kbh, sed qui sub fbh maior est eo, qui sub ebd, cum sit equalis ei, qui sub cba, similia namque sunt triangula acb, bed, et qui igitur sub kbh maior est eo, qui sub ebd recta igitur linea coniungens signa k, g dividit rectam bi, manente ipsa abd una recta linea, et producta ipsa kb extrinsecus ad ipsam eb, ~~cum~~ cadet cum minor sit angulus, qui sub ebd, angulo qui sub kbh, hoc est eo, qui circa verticem hbd, et multo est minor qui sub gbi, quare kg dividit ipsam bi in m, et manifestum est quod non dividit ipsam id, ne ipsam gi si producatur in alio dividat signo quam g ~~si producatur~~. Quoniam igitur ipse afb, bgd ipsis acb, bed sunt equales, equalis namque ambitus supponuntur triangula, quare et dimidie fbg hoc est kbg ipsis ebc sunt equales, ipse autem kbg ipsa kg sunt maiores et ipse igitur ebc, ipsa kg sunt maiores, et quadratum igitur quod ab utraque ebc ut ab una, quadrato quod ab kg maius est, sed quadrato quidem, quod



melior est altera sequens figura.

Arietis castellum 13 116

praecedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor. 3

310

147 4

ab utraque ebc, ut ab una aequale est quadratum quod ab utraque eti, ei, ut ab una cum quadrato, quod ab utraque tibi, ut ab una, hoc est, cum quadrato, quod ab ti, propter rectangulorum triangulorum etb, eib, similitudinem, hoc autem ante demonstratum est, quadrato autem, quod ab kg, hoc est, quadrato, q ab utraque km, mg ut ab una aequale est quadratum, quod ab utraque gi, tk, ut ab una, hoc est, quadratum, quod ab utraque gi, fti ut ab una cum quadrato, quod ab utraque tim, mi, ut ab una, hoc est, quod ab ti, propter illud idem, quod ante demonstratum est, quadratum igitur, quod ab utraque ei, eti, ut ab una cum eo quod ab ti, maius est quadrato quod ab utraque gi, fti ut ab una cum quadrato, quod ab ti, commune auferatur quadratum quod ab ti, reliquum igitur quadratum quod ab utraque eti, ei ut ab una maius est quadrato, quod ab utraque gi, fti ut ab una quare utraque recte eti, ei utrisque gi, fti maiores sunt.

sunt. triangula autem quae sunt sub eadem altitudine inuicem se habent ut bases, est igitur ut fti ad tic, sic triangulum ftib ad triangulum ctib, quare et tota triangula fab, cab, dupla triangulorum ftib, ctib, ut fti ad tic, ut autem gi ad ie, sic gib triangulum ad triangulum eib, quare et ut gib triangulum ad eib triangulum sic gi ad ie et componenti igitur ad compositum eadem est ratio, ut fti gi ad cti, ei, sic triangula afb, bgd ad triangula acb, bed, et hoc quidem deinceps, minor autem est utraque simul fti, gi, utraque simul cti, ei, ambo igitur simul triangula afb, bgd triangulis acb, bed ambobus simul maiora sunt.



8

Sint super inaequalibus basibus ab, cd, isoscelia triangula aeb, cfd, et ipsa quidem ae ipsi cf sit aequa

70

Arietis stellarum 13 116 2

praecedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor: 3

310

147 4



lis, ipsa autem ab ipsa cd sit maior.
dissimilia igitur sunt triangula. Opor
tet autem ~~super~~ ab, cd similia isosce
lia triangula constituere ut quatuor
istorum latera simul aequales sint
quatuor ae, eb, cf, fd lateribus si
mul. Exponatur quidem recta linea
gh quae aequalis sit ipsis quatuor ae, eb, cf, fd,
et dividatur in i, ut sit gi ad ih ut
basis ab ad basin cd, dividatur autem
et ipsarum utraque gi, ih bifariam in si
gnis k, l. Quoniam igitur gh ambobus
ab, cd maior est, quia et ipsae aeb
cfd ipsis ab, cd maiores sunt, et est
ut ab ad cd, sic gi ad ih, maior igitur
est ipsa quidem gi ipsa ab, ipsa autem ih
ipsa cd, et dividitur utraque ipsarum
bifariam, ipsarum igitur ab, gk, ki duae
reliqua sunt maiores quomodocumque
sumptae, similiter autem ipsarum cd, il, lh
~~duae reliqua sunt maiores quomodo~~
~~cumque sumptae~~, constituatur igitur ex ab ~~et~~
~~duabus aequalibus ipsis~~ gk, ki triangu
lum amb, manifestum quidem est quod
extra ipsius aeb cadunt, cum maiores
sint

sint ipsae gk, ki,
ipsis aeb, ipsae namque
aeb dimidium sunt
ipsius gh, et ipsae
aeb aequales sunt
ipsis cfd, et om
nes quatuor si
mul ipsi gh sunt aequales, ipsa autem gi
maior est ~~gi~~ dimidia ipsius gh. ex ip
sis autem cd, ~~et duabus aequalibus ipsis~~
il, lh constituatur triangulum cnd, simi
liter autem intra constituentur, et mani
festum est, quod similia sunt triangu
la, quoniam est ut ab ad cd, sic gi ad
ih, et dimidiae gk ad il, et ki ad lh
~~am ad cn~~, ~~et mb ad nd~~, et aequa
les conveniunt ipsa am ad cn et ip
sa bm ad dn.



Triangulum autem aeb triangulo
cfd interdum quidem maius sit ~~est~~, in
terdum autem minus, et interdum
eidem aequale. Sit quidem triangulum
opq aequalem habens ipsam quidem op
ipsi fc, ipsam autem oq ipsi fd, ipsam
vero pq ipsi cd, aequalia igitur et simi

Arietis stellatio 13 116 22

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor. 3

310

147 4



lia sunt inuicem triangula fed, opq. Quod igitur ab maior est ipsa cd, hoc est ipsa pq, et ipse ae, eb, equales sunt ipsis po, oq, quod et ipsis cf, fd equales sunt altera alteri, angulus igitur, qui sub aeb angulo, qui sub poq maior est, quod et angulo qui sub cfd maior est, ponatur angulus, qui sub por angulo aeb equalis, et ipsa or equalis ipsi oq, et coniungatur pr, equale igitur et simile est triangulum por triangulo aeb, extendatur pq, et ponatur ipsi ab equalis ipsa ps, et coniungatur os maior igitur est os ipsa oq et ipsa or, utraque enim ipsarum oq, or ipsi op equalis est, triangulum igitur opr equale est et simile triangulo aeb, ipsi autem poq uel equale est, si rq equedistans est ipsi op, et qui coalterni sunt anguli equales sunt, qui sub opr, prq, in eadem enim basi op sunt triangula et in eisdem equedistantibus op, rq. uel maius est eodem, si fuerit rs equedistans ipsi op et angulus qui sub opr equalis fuerit angulo coalterno

prs

Arietis constellatio 13 116 2 2

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3

310

147 4

prs, sit rursus equale tri angulum opr triangulo ops maius autem est triangulum ops triangulo opq, et trian gulum igitur opr maius est triangulo opq, si autem rt equedistans



fuerit ipsi op cum equales sint coalterni anguli, et triangulum opr equale triangu lo opt, quare maius erit triangulum opq triangulo opt, hoc est triangulo opr, quare et triangulum aeb, cum sit equale triangulo opr, vel maius est, vel equale, vel minus triangulo opq, hoc est, tri angulo cfd. Reliquum quod supponebatur.



9

His ante descriptis propositum demonstrabimus, hoc est quod rectilinearum figurarum equa lem ambitum et latera numero equalia ha bentium maior est, que et equilatera est, et equiangula. Sit quidem multila terum abcde maximum ~~figurarum~~ eorum que equa lem ipsi habent ambitum et latera numero equalia ~~habentium~~. Dico quod equilaterum est.



73

Arietis castellani 13 116

præcedens duarum quæ sunt in cornu

Ariet. 27.47 — 7.20. bor. 3

quæ ipsi sequitur

Ariet. 28.47 — 8.20. bor. 3

310

147 4



Non sit autem, sed si possibile est sint latera abc inæqualia, et coniungatur ac, super qua constituatur triangulum isosceles afc, ut ambo afc latera ambobus abc lateribus sint æqualia per 4. quod iam demonstratum est in 5. quod triangulorum super eadem basi constitutorum, et æqualem ambitum habentium maximum est isosceles, maius igitur est triangulum afc triangulo abc. adiuncto communi acde quadrilatero spatio, ipsum fedca, ipso abcde maximo eorum, quæ æqualem habent ambitum ipsi, et latera numero æqualia ~~figurarum~~, maius est quod est ~~impos~~ æquilaterum igitur est ipsum abcde. et manifestum est, quod quo magis ad laterum æqualitatem accedit eo est maius, ~~et quod~~ quia quo minus trianguli duorum laterum ~~se invicem~~ alterum alterum excedit~~ur~~ eo est triangulum maius ut demonstratum est in 5.

10

Dico iam quod æquiangulum est ipsum abcde quinquelaterum. Non sed si possibile est sit angulus b maior angulo d, et recta igitur ac maior erit recta ce. Quoniam latera namque sunt ipsa abc ipsis cde. constituantur super inæqualibus basibus ac, ce similia isoscelia triangula, ut in



in 8. demonstratum est, afc, cge, ut amborum afc cge latera æqualia sint lateribus amborum abc, cde, maiora igitur erunt triangula constituta afc, cge simul eis, quæ in principio abc, cde, et hoc quidem demonstratum est in 7., communi adiuncto triangulo ace, erit idem absurdum, ipsum namque afcge maius erit ipso abcde, quod est maximum ~~figurarum~~ eorum quæ æqualem habent ambitum ipsi. et æquiangulum igitur est ipsum abcde multilaterum. Rectilinearum igitur figurarum æqualem ambitum et latera numero æqualia habentium maxima est, quæ et æquilatera est et æquiangula. Et manifestum est quod omnium figurarum æqualem ambitum habentium maximus est circulus, quando quidem ordinata figura, quæ æqualem ambitum habet ipsi et æquilatera est, et æquiangula ipse maior demonstratus est.

11

Ad eandem autem prædictorum contemplationem pertinet et hoc. Circularium segmentorum æqualem circumferentiam habentium ma

Arietis ... 13 ... [116]
precedens duarum quae sunt in cornu
Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3
quae ipsam sequitur
Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3

310

147 4

ximus est semicirculus. Hoc autem de monstrabimus si prius in eadem descripse rimus assumpta.

lemma. Circulorum circumferentiae invicem se habent ut diametri.

Sint duo circuli ab, cd, et ipsorum diametri sint ab, cd. Dico quod est ut circuli ab circumferentia ad circuli cd circumferentiam sic ab recta linea ad cd rectam lineam. Cum quidem est ut ab circulus ad cd circulum, sic quadratum quod ab ab ad quadratum quod ab cd, sed ipsius quidem circuli ab quadruplum est rectangulum comprehensum sub ab recta linea et circuli ab circumferentia, circuli autem cd quadruplum est rectangulum comprehensum sub cd recta linea et circuli cd circumferentia. Hoc autem ante demonstratum est, et

[deleted] ut igitur rectangulum sub recta ab, et circuli ab circumferentia comprehensum ad rectangulum sub recta cd, et circuli cd circumferentia comprehensum, sic quadratum

[deleted] quod ab ab ad quadratum quod ab cd, et vicissim ut rectangulum sub recta ab et circuli ab circumferentia comprehensum ad quadratum, quod ab ab, sic rectangulum

rectangulum sub recta cd et circuli cd circumferentia comprehensum ad quadratum quod ab



p. 16am 5i elem: cd, ut igitur circuli ab circumferentia ad rectam ab, sic circuli cd circumferentia ad

p. 1am 6i elem: rectam cd. et vicissim, ut circuli ab circumferentia ad circuli cd circumferentiam

p. 16am 5i elem: sic recta ab ad rectam cd.



12

Hoc autem demonstratur et si non accipiamus quod rectangulum sub diametro circuli et eius circumferentia comprehensum quadruplum est circuli. inscripta namque vel circumscripta circulis polygona similia, ambitus habent, qui eandem invicem habent rationem quam quae ex centris rectae lineae, quare et circulorum circumferentiae invicem se habent, ut diametri.



Rursus sit circulus abc circa centrum d, ea autem quae ex ipsius centro sit db, et ducatur à centro d recta quaedam linea de. Dico quod est ut circuli abc ambitus ad be circumferentiam sic circulus abc ad sectorem bde. Siquidem igitur commensurabilis est circumferentia be ambi

Arietis stellarum 13 116

praecedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7. 20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8 — 20. bor: 3

tui circuli abc diviso ambitu circuli abc
in mensuras, et à divisionum signis in c
centrum coniunctis rectis lineis, congruent
sibi invicem omnes sectores, et equalis est
eorum multitudo multitudini mensurarum,
erit igitur ut totus ambitus circuli ad be
circumferentiam, sic abc circulus ad bde sec
torem, per 15.am 5.i elementorum. Si vero
non est commensurabilis circumferentia be
ambitui circuli abc, neque est ut abc cir
culus ad bde sectorem, sic abc circuli am
bitus ad be circumferentiam, sit, si possibile est,
abc circulus ad bde sectorem, ut abc eius
ambitus ad bf circumferentiam, minorem
primo circumferentia be. Et accipiatur
alia circumferentia bg maior quidem circum
ferentia bf, minor autem circumferentia
be, commensurabilis autem ambitui abc.
ut est lemma 2.um sphericorum, et coniungatur
dg. Est igitur, per ea, quae praedicta sunt,
et ut abc circulus ad bdg sectorem, sic
abc ambitus circuli ad bg circumferenti
am, sed abc ambitus circuli ad bg cir
cumferentiam minorem habet rationem quam
ad bf circumferentiam, hoc est, quam abc cir
culus ad bde sectorem, et circulus igitur
ad



ad bdg sectorem minorem habet rationem
quam ad bde sectorem, quod est absurdum, non
est igitur ut abc circulus ad bde sectorem,
sic abc eius ambitus ad bf circumferenti
am minorem ipsa be circumferentia.
Dico iam quod neque ad maiorem ipsa be.
Siquidem possibile est, sit ad bec circumfe
rentiam et accipiatur similiter quaedam
circumferentia beh, circumferentia quidem
be maior, circumferentia autem bec mi
nor, commensurabilis autem ambitui circu
li abc, et coniungatur dh. Quoniam igitur rur
sus est ut abc circulus ad bdh sectorem,
sic abc ambitus circuli ad beh circumferen
tiam, ambitus autem circuli abc ad beh
circumferentiam rationem habet maiorem
quam ad circumferentiam bec, hoc est, quam cir
culus abc ad bde sectorem, manifestum,
quod abc circulus ad bdh sectorem ra
tionem habebit maiorem quam ad bde secto
rem, quod est absurdum. Non est igitur ut
circulus abc ad bde sectorem, sic abc eius
ambitus ad maiorem circumferentiam ipsa
be, ostensum autem est, quod nec ad mi
norem. Est igitur ut abc circulus ad bde
sectorem, sic abc eius ambitus ad be cir

cumferentiam

Arietis stellae 13 116 3

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor. 3

310

147 4

circumferentiam.

13

Similia circulorum segmenta inuicem se habent ut quae ab eorum basibus fiunt quadrata. et ipsorum circumferentiae inuicem sunt ut bases.

Sint similia circulorum segmenta abc, def. Dico quod est ut quidem segmentum abc ad segmentum def sic quod ab ac quadratum ad id, quod ab df quadratum, ut autem circumferentia abc ad circumferentiam def sic recta ac ad rectam df. Compleantur circuli, et suscipiantur ipsorum centra g, h, et coniungantur ag, gc, dh, hf. Cum igitur similia sunt segmenta abc, def, equalis est qui ad g angulus ei, qui ad h angulo, et triangulum agc simile est triangulo dhf[1], et abc circumferentia similis est circumferentiae def.[2] est igitur ut abc circulus ad agcb sectorem, sic ambitus circuli abc ad circumferentiam abc[3], hoc est, ut quatuor recti ad angulum g[4] ut autem def circulus ad dhfe sectorem, sic ambitus circuli def ad circumferentiam def, et quatuor recti ad angulum h, et equalis est angulus h angulo g.





est igitur ut circulus abc ad sectorem agcb sic def circulus ad sectorem dhfe[5], et vicissim ut circulus abc ad circulum def sic sector agcb ad sectorem dhfe, ut autem circulus ad circulum, sic quadratum quod ab ag ad quadratum, quod ab dh[6], hoc est, ut triangulum agc ad triangulum dhf[7], et ut igitur sector agcb ad sectorem dhfe, sic triangulum agc ad triangulum dhf[8], et reliquum abc segmentum ad reliquum def segmentum est ut agc triangulum ad dhf triangulum[9], hoc est, ut quadratum, quod ab ac ad quadratum quod ab df.[10] Dico iam quod est ut abc circumferentia ad def circumferentiam, sic recta ac ad rectam df. eisdem uero positis, est ut abc circuli ambitus ad def circuli ambitum, sic abc circumferentia ad def circumferentiam, ut autem circulorum circumferentiae totae inuicem se habent sic ag ad dh se habent[11], hoc est ac ad df[12] et ut igitur abc circumferentia ad def circumferentiam, sic recta ac ad rectam df.

718

77

Arietis stellatio 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet. 1 27.47 — 7.20. bor. 3

que ipsam sequitur

Ariet. 2 28.47 — 8.20. bor. 3

310

147 4

Producitis namque ipsis perpendicularibus ai, dk, in circumferentias ad signum l, m, erunt ipse al, dm bifariam secte à lineis gb, he, similiter autem et circumferentiae acl, dfm bifariam secantur ab eisdem rectis gb, he, quare trilineum aci dimidium est segmenti acl, similiter autem et trilineum dfk dimidium est segmenti dfm, et segmentum ad segmentum est ut al ad dm, ut demonstratum est supra, ergo et dimidiando erit aci trilineum ad dfk trilineum ut ai ad dk. sed ai ad dk ut triangulum agi ad triangulum dhk, similia namque sunt triangula agi, dhk, nam anguli qui ad b, e sunt equales et qui ad i, k sunt equales ergo et qui sub iab, kde sunt equales, ergo et qui sub gai, hdk sunt equales, ergo et qui ad g, h sunt equales.

14



Sint duo circuli et ad centra ipsorum sint equales anguli, qui sub abc, def, et tangentes quidem ag, dh, perpendiculares autem ai, dk. Demonstrandum quod est ut agi triangulum ad aci trilineum, sic dhk triangulum ad dfk trilineum. Manifestum autem est ex ante descripto. Simile namque fit triangulum agi triangulo dhk [1], et aci trilineum ipsi ~~def~~ dfk trilineo, et rationem habent inuicem alterum ad alterum quam quadratum, quod ab ai, ad quadratum quod ab dk [3].

15

lemma 1m

Sit triangulum rectangulum abc, et circa centrum c per a circumferentia describatur ad, rectus autem sit angulus qui ad b. Demonstrandum quod adc sector ad dab trilineum maiorem habet rationem, quam rectus angulus ad eum, qui sub bca, comprehenditur, Ducatur ipsi quidem ca ~~ipsi quidem ca~~ perpendicularis ea, tangit



git igitur ipsa ad circumferentiam, et per b circa centrum a circumferentia describatur fbg, et perpendicularis ducatur linea ipsa bh. Quoniam igitur maiorem rationem habet fbe trilineum ad fbh trilineum quam ad afb sectorem: et componendo, maiorem habet rationem beb triangulum ad fbh trilineum quam eab triangulum ad fab sectorem. ut autem heb triangulum ad fbh trilineum, sic eab triangulum ad dab trilineum, cum equales sint anguli, qui sub fab, acd: hoc autem ante demonstratum est [2], et triangulum igitur eab ad trilineum dab maiorem habet rationem quam idem triangulum eab ad sectorem fab; maior igitur est sector fab trilineo dab. maiorem igitur rationem habet fab sector ad agb sectorem quam dab trilineum ad agb sectorem. trilineum autem dab ad agb sectorem maiorem habet rationem quam ad abc triangulum. multo igitur fab sector ad agb sectorem maiorem rationem habet quam dab trilineum ad bac triangulum, ut autem fab sector ad agb sectorem sic angulus sub eab ad angulum sub

Arietis stellam 13 116 2

praecedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor: 3

310

147 4



bac, et angulus igitur,
qui sub cab ad an-
gulum, qui sub bac
maiorem habet ratio-
nem quam dab trilineum
ad bac triangulum,
et contra triangulum
bac ad trilineum dab ~~minorem~~ maiorem habet ra-
tionem, quam angulus qui sub bac ad angulum
qui sub cab[3]. et componendo sector dca
ad trilineum dab maiorem habet ratio-
nem quam angulus qui sub eac ad angu-
lum, qui sub cab[4], hoc est, quam rectus an-
gulus ad eum, qui sub acb, aequalis
namque est angulus, qui sub cab angu-
lo, qui sub acb[5], cum perpendicularis
sit ab ipsi ec, in triangulo rectan-
gulo eac, et triangulum cab simile
triangulo ace.

16

lemma 2m Sit rursus rectanguli trianguli
abc, rectum habens angulum, qui ad
b, et circa centrum c interuallo ca describatur
circuli circumferentia ad. Dico, quod
acd sector ad abd trilineum maiorem
habet rationem, quam rectus angulus
ad



ad eum, qui sub acd. Excitetur
ipsi ac perpendicularis ae, et ex-
tendatur ab, et per c signo circa
centrum a describatur circuli circumfere-
ntia ecf. Quoniam igitur circa eadem recta
quae ex centro ac descriptae sunt cir-
cumferentiae ad, ecf, manifestum est,
quod aequalium sunt circulorum, et maior
est angulus, qui sub acd eo, qui sub
cae[1], maior igitur est sector acd sectore
cae, maiorem igitur rationem habet sector
acd ad abc triangulum quam sector cae ad
idem abc triangulum, et multo maiorem
quam cae sector ad caf sectorem.
ut autem cae sector ad caf sectorem,
sic angulus, qui sub cae ad angulum q[ui]
sub caf, et sector igitur acd ad triangulum
abc maiorem habet rationem, quam angulus,
qui sub cae ad angulum, qui sub caf,
~~et contra~~ et componendo, et convertendo et contra
maiorem habet rationem sector acd ad
abd tri~~angulum~~lineum quam angulus, qui sub cae,
ad angulum qui sub caf[2], hoc est, quam
rectus ad eum qui sub acd, aequalis enim
~~q~~ est angulus, qui sub caf ei, qui
sub acd, cum qui sub acd aequalis sit

79

Arietis stellarum 13 116 2.2

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3

bor...

310

147 4

vecto qui sub abc, et ei, qui sub bac.



17

His ante descriptis propositum theorema ~~principale~~ quod ~~aggregans~~ colligens est demum probabimus sic.

οὐ τηλικὸν ὑπάρχον

Sint duo segmenta circulorum abc,
def equales habentia circumferentias abc,
def, et sit ipsum quidem abc semicirculus
ipsum autem def primo minus semicircu
lo. Dico, quod maior est semicircu
lus abc segmento def. Suscipiantur
centra circulorum g, h, et excitetur
perpendicularis gb, ab ipso autem h du
catur in df perpendicularis hie, et
ipsi df per h equedistans kl, et con
jungatur dh. Quoniam igitur est ut
ke circumferentia ad ab circumferentiam,
sic kh recta linea ad ag rectam lineam,
circulorum namque circumferentiae invicem se
habent ut diametri, equalis autem est
ab circumferentia ipsi de circumferentiae,
est igitur ut circumferentia ke ad circumfe
rentiam de sic kh ad ag, ut autem
circumferentia ke ad circumferentiam de
sic

sic sector khe ad sectorem dhe, et habet
quadratum, quod ab kh ad quadratum, quod
ab ag duplam rationem eius, quae ipsius kh
ad ag, quadratum igitur quod ab kh ad
quadratum, quod ab ag, hoc est sector
khe ad sectorem agb, duplam habet ra
tionem eius quae sectoris khe ad secto
rem dhe, ipsorum igitur khe agb sectorum
medius proportionalis est sector dhe.
habet autem sector dhe ad trilineum die
maiorem rationem quam angulus rectus, hoc
est quam angulus, qui sub khe ad angu
lum, qui sub dhe, hoc est quam sector
khe ad sectorem dhe, ut autem sector
khe ad sectorem dhe, sic sector dhe
ad sectorem agb, sector igitur dhe ad
die trilineum maiorem habet rationem quam
ipsemet sector dhe ad sectorem agb,
maior igitur est sector agb trilineo dei,
et ipsorum dupla, maior igitur est semicir
culus abc segmento def.



18

Sit iam rursus segmentum def ma
ius semicirculo. Dico quod et sic
maior est semicirculus. Construantur

Arietis castellani 13 116

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsi sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor. 3

310

147 4

quidem eadem. similiter autem demonstrabimus quod est ut ktie sector ad dtie sectorem sic dtie sector ad agb sectorem, aequales namque sunt ipsae ab, de circumferentiae. Et quoniam per 2m lemma maiorem habet rationem sector dtie ad rectilineum die quam angulus rectus, hoc est angulus, qui sub ktie ad angulum qui sub dtie, hoc est, quam sector ktie ad sectorem dtie, hoc est quam sector dtie ad sectorem agb, erit igitur sector agb maior rectilineo die, et istorum dupla, maior igitur est semicirculus abc segmento def. Omnium igitur circularium segmentorum, quae aequales habent circumferentias maximus est semicirculus.



De solidis.

19

Iure quidem optimo primum et verum omnium conditorem Deum mundo celebratam rerum quae extant figurarum praestantissimam ~~figuram~~ nempe sphaericam tradidisse, dicunt philosophi, ~~neque~~ quippe quod praeter ea, quae illi insunt accidentia naturalia percurrentes hoc addiderunt, quod scilicet omnium solidarum figurarum aequalem ~~sup~~ superficiem habentium maxima est sphaera, alia quidem igitur quaecumque illi inesse dicunt manifesta sunt, et modica indigent ratione, quod autem reliquis maior est figuris omnibus ~~neque~~ philosophi demonstrarunt, sed enuntiarunt solum, neque absque pluri ma contemplatione ~~plurima~~ persuaderi facile est. Manifestum igitur est quod in praedictis circulum polygoniarum omnium sui ordinum figurarum, aequalem ipsi ambitum habentium, maximum invenimus. Nunc autem deinceps demonstrare conabimur quod sphaera solidarum sui ordinis omnium figurarum aequalem illi superficiem habentium maxima est. Primum autem de solidis ipsis quibus sphaeram comparare oportet pauca quaedam sumemus. Multae quidem considerari possunt solidae figurae, omnimodas haben tes superficies, maxime autem si valide quis quae apparent, et plerius si conos et cylindros et vocata polyedra ordinare voluerit. Haec autem non solum quae apud divinissimum platonem quinque sphaera

81

Arietis stellatio 13 116 2

praecedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3

quae ipsa sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8—20. bor. 3

310

147 4

τετραέδρον. ἑξάεδρον. ὀκτάεδρον. δωδεκάεδρον. εἰκοσάεδρον.

hoc est tetraedrum, et exaedrum, octaedrum, duodecaedrum, quintum autem icosaedrum, sed etiam quae ab Archimede inventae sunt numero tresdecim, sub aequilateris quidem et aequiangulis, non autem similibus comprehensae polygonis, quarum quidem prima est octaedrum quatuor triangulis, totidemque exagonis comprehensum. post autem hanc ~~tres~~ tres quatuordecim bases habentes, quarum quidem prima triangulis octo et octagonis sex comprehenditur, altera autem quadratis sex et exagonis octo [+ tertia triangulis octo, et quadratis sex]. post autem has sunt duae viginti sex bases habentes, quarum quidem prima comprehenditur sub triangulis octo et quadratis decem et octo. altera autem sub quadratis duodecim et exagonis octo et octagonis sex. post autem has ~~duae~~ sunt tres triginta et duas bases habentes, quarum quidem prima sub triangulis viginti et decagonis duodecim comprehenditur, altera autem comprehenditur pentagonis duodecim, et exagonis viginti, tertia autem comprehenditur triangulis viginti, et quadratis duodecim. post has una est quae triginta et octo bases

8 basium figura habet 4 triangula, 4 quadrata.
14 basium 3ª habet 8 triangula, 6 quadrata.
14 basium 2ª habet 6 quadrata, 8 exagona.
26 basium prima habet 8 triangula, 18 quadrata.
26 basium 2ª habet 12 quadrata, 8 exagona, 6 octagona.
32 basium pª habet 20 triangula, 12 pentagona.
32 basium 2ª habet 12 pentagona, 20 exagona.
32 basium 3ª habet 20 triangula, 12 decagona.

α' ὀκτάεδρον

τετραγωνοδεκάεδρον

14 basium p[ª] 8 triangula, 6 octagona

[+] triangulis octo, et quadratis sex

β' ἑξκαιεικοσάεδρον

δύο

δυοκαιτριακοντάεδρον

α' ὀκτωκαιτριακοντάεδρον

ses habet, et comprehenditur sub triangulis triginta et duobus et quadratis sex. post hanc autem duae sunt, duas et sexaginta bases habentes, quarum quidem prima comprehenditur sub triangulis viginti, quadratis triginta, et pentagonis duodecim, altera autem ~~comprehenditur~~ quadratis triginta, et exagonis viginti et decagonis duodecim. post autem has ultima est octuaginta et duas habens bases, quae comprehenditur triangulis octuaginta et quadratis duodecim. Quot autem solidos angulos habeat unaquaeque istarum tresdecim figurarum ~~basium~~ multarum basium, et quot latera per tertium contemplatum. Simpliciter quidem enim quarumcumque figurarum plures bases habentium solidi anguli tribus comprehenduntur angulis planis, numeratis planis angulis omnibus quos habent bases figurae polyedrae, manifestum quod genuiti numeri ~~tertia~~ pars tertia numerus est angulorum solidorum. quarumcumque autem multarum basium figurarum solidi anguli quatuor comprehenduntur angulis planis, numeratis pla

38 basium habet 32 triangula 6 quadrata
62 basium pª habet 20 triangula, 30 quadrata, 12 pentagona.
62 basium 2ª habet 30 quadrata, 20 exagona, 12 decagona.
82 basium habet 80 triangula 12 quadrata.

β' δυοκαιεξηκοντάεδρον.

α' δυοκαιογδοηκοντάεδρον.

Arietis castellum 13 116

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor. 3

mis angulis omnibus, quos habent bases figurae multarum basium erit genitinumeri pars tertia numerus angulorum solidorum figurae multarum basium. Si militer autem quarumcumque figurae multarum basium anguli solidi quinque comprehenduntur angulis planis, genitinumeri pars quinta erit angulorum solidorum numerus. Laterum autem numerum quae unaquaeque multarum basium figura habet hoc modo inveniemus. numeratis enim omnibus lateribus quae habent plana comprehendentia figuram multarum basium manifestum est quod genitus numerus aequalis est numero angulorum planorum, sed quod unumquodque figurae multarum basium latus planis duobus commune est, manifestum est quod geniti numeri pars dimidia numerus est laterum figurae multarum basium. Primum

1ª figura. 4or. basium

quidem igitur dissimilium angulorum polyedrum quod triangulis quatuor et senis exagonis comprehenditur solidos quidem angulos habet duodecim, latera autem decem et octo, quatuor namque triangulorum

triangulorum anguli sunt duodecim, et latera duodecim, quatuor autem exagonorum anguli sunt viginti quatuor, et latera viginti quatuor, omnium igitur numerus triginta sex, necesse est igitur dicti numeri partem tertiam numerum esse angulorum solidorum, tribus namque planis angulis unusquisque [unius figurae] solidorum angulorum comprehenditur, laterum autem numerus erit dicti numeri pars altera ~~scilicet~~ [ipsius scilicet] 36. cum latera sint. 18.

2ª figura. 14. basium

~~duodecim octo~~. figurarum autem quatuordecim bases habentium prima quidem comprehenditur triangulis octo et octagonis sex, habet autem solidos angulos ~~viginti~~ [duodecim], quilibet namque ipsius angulus solidus sub ~~quibusque~~ angulis planis comprehenditur, latera autem habet tri

3ª. 14. basium.

~~ginta sex~~. altera autem quatuordecim basium quae comprehenditur quadratis sex, et exagonis octo solidos quidem angulos habebit viginti quatuor, cum quilibet eius angulus solidus

4. 14. basium

sub tribus angulis planis comprehendatur, latera autem habebit triginta et sex. ^ tertia autem quatuordecim basium figurarum autem viginti sex bases ha quae comprehenditur sub trianguli octo, et quadratis sex angulos habet solidos duodecim, quilibet enim angulus ipsius sub quatuor planis angulis comprehenditur, latera autem

Arietis stellatum 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor: 3

310

147 4

habet viginti quatuor

5. 26. basium. bentium prima quidem comprehenditur trian
gulis quidem octo, quadratis autem decem
et octo, habebit angulos quidem solidos
viginti quatuor, latera autem quadra
6. 26. basium. ginta octo. altera autem ~~[illegible]~~ 26 bases
habens que comprehenditur ~~duodecim~~
quadratis duodecim et exagonis
octo, et octagonis sex, habebit an
gulos quidem solidos quadraginta octo,
latera autem septuaginta duo. fi
gurarum autem bases viginti et duas
7. 32. basium. habentium prima quidem que et tri
angulis viginti comprehenditur et pen
tagonis duodecim, habebit angulos
quidem solidos viginti, latera autem
8. 32. basium. sexaginta. altera autem viginti et du
as habentium bases que comprehenditur
pentagonis duodecim, et exagonis vi
ginti, habebit angulos quidem solidos
sexaginta, latera autem nonagin
9. 32. basium. ta. tertia autem bases habentium duas et
viginti ~~et duas~~, que ~~comprehenditur~~
et triangulis comprehenditur viginti, et decagonis
duodecim, ~~habebit~~ angulos quidem so
lidos habebit sexaginta, latera autem nona
ginta

ginta. figura autem bases habens vigin
10. 38. basium. ta et octo, que et triangulis duobus et
viginta et quadratis sex comprehendi
tur, habebit angulos quidem solidos
quadraginta latera autem sexagita.
11. 62. basium. figurarum autem bases duas habentium et
sexaginta prima que triangulis quidem
viginti, quadratis viginta ~~et~~ et pen
tagonis duodecim comprehenditur, ha
bebit angulos quidem solidos sexaginta,
latera autem centum et viginti. reli
12. 62. basium. qua autem duas et sexaginta habens
bases que triangulis viginta, exagonis
viginti, et decagonis duodecim com
prehenditur habebit angulos quidem
solidos centum et viginti, latera autem
13. 92 basium. centum et octuaginta. figura autem
duas et nonaginta bases habens que
triangulis octuaginta comprehenditur
et quadratis duodecim, angulos quidem
solidos habebit sex et nonaginta,
latera autem centum quadraginta qua
tuor. Hę quidem 18. figurę recensę de in [illegible]
vel quia angulos habent dissimiles, ut

Arietis castellani 13 116 32

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20.60r: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20.60r. 3

310

147 4

quia sub inequalibus et dissimilibus poly
gonis comprehenduntur, inordinatiores
sunt derelinquantur. Nunc autem
quinque ~~vocatas~~ regulares figuras ut sphere
comparemus rationi consentaneum est.
hae namque solae sub equalibus et simili
bus planis comprehensae angulos solidos
habent equales propter quod ~~maiores~~ quinque
reliquae omnes ordinem servant ma
gis. Quod autem ~~plures preter~~ alias quinque
istas impossibile sit ~~alias~~ invenire figuras
sub equalibus et similibus equilate
ris polygonis comprehensas et ab Eu
clide et à quibusdam aliis demonstra
tum est. Comparamus igitur hec ipsa po
lyedra ad spheram.

Sit namque sphera quedam in qua a, et sit
aliqua quinque predictarum figurarum,
universam habens superficiem sphere a
superficiei equalem. Dico quod maior
est sphera a. Intelligatur namque
in polyedro inscripta sphera ut tan
gat polyedri circumstantia plana.
maior igitur est polyedri superficies superficie

sphere

85

sphere inscripte[1], ipsa namque comprehendit. 1
atqui polyedri superficies sphere a super



ficiei equalis est, quare sphere a super
ficies superficie sphere in polyedro inscrip
te maior est, quare et ea, quae ex
centro sphere a maior est ea, quae ex
centro sphere in polyedro inscripte[2], e 2
qualis autem est superficies sphere a super
ficiei polyedri. conus igitur, cuius quidem
basis circulus est equalis superficiei
sphere a, altitudo autem equalis ei
quae ex centro sphere a, maior est py
ramide, cuius quidem basis est rectili
neum equale polyedri superficiei altitu
do autem equalis ei, quae ex centro
sphere in eo inscripte[3], atqui conus 3
equalis est sphere a (hoc autem ex iis de
sphera et cylindro ab Archimede de
monstratis[4], et ab aliis, à nobis in 4
ordinatis lemmatibus manifestum est)
pyramis autem polyedro est equalis[5].
~~maior~~ supposito igitur ~~est~~ polyedro maior est sphera a ~~polyedro~~
~~supposito~~.

Arietis stellarum 13 116

praecedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20.bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20.bor: 3

310

147 4

Habent autem et inventam comparationem quam habent hae quinque figurae ~~istae~~, circa quas deinceps speculabimur ~~deinceps~~, demonstrabitur namque quod suppositis superficiebus aequalibus quo plures habet ~~polyedrum~~ bases eo polyedrum est maius. ut icosaedrum quidem ~~ipso~~ dodecaedro maius est, dodecaedrum autem octaedro, et similiter octaedrum quidem cubo maius est, cubus autem pyramide. simile namque quid pati videntur solida ista cum planis polygonis. et quidem in illis cum ambitus habent aequales semper maius demonstratur quod angulos habet plures, et circulus omnium ~~circulus~~ maximus ~~est~~. ut nunc polyedris maior demonstrata est sphaera. Constat autem quod et conus et cylindrus utrumque sphaera minor est cum eius superficiei superficiem habet aequalem, ~~namque~~ quippe quod conus qui basim quidem habe~~ns~~t superficiei sphaerae aequalem, totam autem superficiem eiusdem sphaerae superficie maiorem, sphaerae aequalis invenitur, cum eius altitudo ei, quae ex centro sphaerae aequalis fuerit. 1

Cylindrus

Cylindrus autem eandem cono ~~basim~~ habens basim, quae sphaerae superficiei aequalis est, altitudinem autem tertiam partem axis coni, et cum sit cono aequalis, aequalis quoque sphaerae invenitur, sphaerae superficie superficiem habens maiorem, duae namque ipsius bases basis coni, hoc est, sphaerae superficiei duplae sunt. quare cum utraque istarum figurarum aequalem habuerit superficiem superficiei sphaerae, utraque figura ex necessitate sphaera maior est. 2

Haec quidem ipsa de comparatione sphaerae ad quinque figuras et ad conum et cylindrum dicta sint. Haec autem ~~ut dictum est~~ ab Archimede ut dictum est demonstrata ~~nos~~ aliter nos demonstrabimus, describentes quaecumque demonstrationibus inserviunt sumptiones. ~~describentes~~.

lemma. Sit semicirculus super diametro ab et contingentes perpendiculares ad diametrum cd, ef, et recta tangens ce. Dico, quod rectangulum bis sub fec aequale est rectangulo sub ab, df. Ducatur ab e in cd perpendicularis



Aries ascellatus 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsa sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor. 3

310

147 4



ce, et sumpto centro t coniungatur et.
Quoniam igitur rectus est angulus, qui sub cet, 3
equalis igitur est ei, qui sub feg, communi
ablato, qui sub get, erit reliquus q
sub ceg ei qui sub fet equalis, sed,
qui sub eft, cum sit rectus equalis
est ei, qui sub ege, equiangulum igitur
est triangulum ceg triangulo fet, est 4
igitur ut fe ad et sic ge ad ec, rectan 5
gulum igitur sub fec equale est rectangu
lo sub ceg, quare et rectangulum 6
bis sub fec rectangulo bis sub ceg equale
est, sed rectangulum bis sub ceg equale
est rectangulo sub ab, df, equalis 7
namque est eg ipsi df, et rectangulum
igitur bis sub fec equale est rectangu
lo sub ab, df, quare et rectangu
lum sub utraque ef, dg et ce equale
est rectangulo sub ab, df.

Z 1

Sint iam rursus in diametrum
utcumque perpendiculares cd, ef et cge tan
gens circulum, ut equalis sit cg ipsi ge.
Dico quod rectangulum sub ab, df e
quale est rectangulo sub utraque cd,
ef



ef, et ce. Ducatur perpendicularis
gh, et coniungatur die. Quoniam
1 equedistantes sunt cd, gh, ef, et du
pla est ce ipsius eg, dupla est et ipsa
2 quidem cd ipsius gi, ipsa autem ef ip
3 sius ih, quare et utraque cd ef ipsius
4 gh dupla erit. et per id, quod autem
5 demonstratum est, rectangulum bis sub lge
equale est rectangulo sub ab dh, et
eorum dupla, rectangulum sub utraque cd
ef et ce equale est rectangulo sub
ab, df.

Z Z

Sit rursus semicirculus et contin
gens recta linea ce, et perpendicu
lares cd, ef. Dico quod rectan
gulum sub utraque cd, ef et ce equale
est rectangulo sub df et recta que
subtenditur circumferentie, que est
~~iuxta~~ cum circumferentia ce ~~et complens~~
semicirculus. Describatur circulus
et sit eius diameter ch, et produc
ta cd in i, ~~et g~~ ducatur in eam
perpendicularis eg, et coniungantur
eh, ei. Quoniam ab ipsa ci ad angulos





Arietis stellatio 13 116 ...
praecedens duarum quae sunt in cornu
Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3
quae ipsi sequitur
Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor. 3

310

147 4





rectos secat, equalis est cd ipsi di,[1] sed 1
et gd ipsi ef equalis est,[2] gi igitur utrique 2
cd, ef equalis est, ipsa autem df ipsi
ge equalis est,[3] subtensa autem reliquae 3
semicirculi ceh circumferentiae est recta
eh. Cum igitur angulus gdh[?] i angulo
hi est equalis,[4] angulus autem rectus hei 4
in semicirculo[5] equalis est angulo g, 5
equiangula igitur sunt triangula hei,
ige, est igitur ut he ad ei sic ig ad
ge,[6] rectangulum igitur sub he, eg, hoc 6
est df, equale est rectangulo sub
gi,[7] ei, hoc est, rectangulo sub utraque 7
cd, ef, et ce.

Z 3

Ex hoc manifestum est, quod si semicirculi cuiuspiam, ut abc, circumferentia quedam ut abd, dividatur in quotcumque partes equales et coniungantur rectae lineae, superficies quae a coniunctis rectis lineis ae, ef, fb, bg, gd per revolutionem semicirculi abc circa axem ac generantur, equales sunt circulo, cuius ea, quae ex centro potest (cd iuncta ec) rectangulum comprehensum sub ec ad.



ad. Superficies namque ab gd facta, equalis est circulo, cuius ea, quae ex centro potest rectangulum comprehensum sub utraque gi, dh et gd, quare media proportionalis est ea, quae ex centro dicti circuli. inquit namque Archimedes,[1] quod si conus isosceles plano dividatur equedistante basi, superficiei coni, quae est inter equedistantia plana equalis est circulus, cuius ea, quae ex centro media est proportionalis inter latus coni, quod est inter equedistantia plana, et equalem ambobus eis, quae ex centris circulorum, qui in equedistantibus planis sunt, quare superficies ab gd facta equalis est circulo, cuius ea, quae ex centro potest rectangulum, comprehensum sub utraque gi, dh, et gd, quod demonstratum est equale rectangulo sub ec

~~in ..~~
~~..~~

2 ik.[2] ~~similiter autem~~ superficies autem, quae ab bg fit similiter equalis est circulo, cuius ea, quae ex centro potest rectangulum sub ec, ik. et completo ~~...~~ namque circulo, et coaptata in eo recta linea ipsi ec equali per g, fit rectangulum sub illa et ik equale rectangulo sub utraque ig, kb, et bg[3] superficies



3

~~in ...~~

88

Arietis stellatio 13 116

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor. 3

310

147 4

autem ab bf descripta sit aequalis circulo,

cuius ea, quae ex centro potest rectangu

4 lum sub utraque fl, bk, et fb[4], et similiter in reliquis eadem. ea autem quae ab

extrema ae descripta est conica

superficies aequalis est circulo, cuius ea, quae ex centro potest rectangulum sub aem.

aequiangula namque sunt triangula

6 aee, aem, nec superficies igitur ab ae descrip

ta aequalis est circulo, cuius ea, quae ex

centro potest rectangulum sub ee aem.

et quae igitur ab omnibus dg, gb, bf, fe, ea,

descripta superficies aequalis est circulo, cuius

ea quae ex centro potest rectangulum sub

7 ec, at. manifestum autem est, quod et

si tota semicirculi circumferentia di

vidatur in partes aequales, quarum una

est ae, et coniungantur rectae lineae, super

ficies ab omnibus poly

gonii lateribus re

volutione facta aequalis

est circulo, cuius ea, quae

ex centro potest rectangu

lum sub eca.



(margin:) aem. et hoc quoque demonstravit Archi: quod est aequale rectangulo sub ec em

(margin:) sub ec, tk hoc namque aequale est rectangulo

89

24.

Rursus autem dividatur semicirculi circum

ferentia in quotcumque

partes aequales, et a sec

tionum punctis ducantur

rectae circulum tangentes

ut describitur. Dico

quod quae ab cd, de, ef, fg, gh per similem

revolutionem fiunt superficies, aequales

sunt circulo, cuius ea, quae ex cen

tro est ab. Ducantur a signis d, e,

f, g, ad diametrum ab, perpendiculares

di, ek, fl, gm. Cum iam aequalis sit

1 cn ipsi nd, et ca di perpendiculares in

ab diametrum erit rectangulum sub bai

aequale rectangulo sub utraque ca, di et

cd. hoc namque in 21. theoremate de

monstratum est. at quia superficies ab cd

facta aequalis est circulo cuius ea, quae

ex centro potest rectangulum sub utraque

ca, di, et cd, per idem Archimedis 16. the

orema, et circulus igitur, cuius ea, quae

ex centro potest rectangulum sub bai, ae

qualis est superficiei quae fit ab cd, simi

liter autem et circulus, cuius ea, quae ex

centro potest rectangulum sub ab, ik, est



Arietis stellaru 13 116 2

precedens duaru que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsa sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor: 3

[illegible]

310

147 4

rursus equales sint ipse
do, oe, et di, ek perpe
diculares in ab diame
tro. equalis est superfici
ei ab de facte, simi
liter autem et eadem iis
que sequuntur, et cir
culus igitur, cuius ea, que
ex centro est ab equalis est superficiei que
fit ab omnibus cd, de, ef, fg, gh rectis
2 lineis.



24

Idem sic. describatur acdefghb polygonum in
1 alterum semicirculum circa idem centrum et sit
ipsius diameter qr, et ducantur simili mo
do perpendiculares, fit iam dupla ipsa qdo
te ipsius cq, ipsa autem gti ipsius trp, id
2 quod superius positum est, et hoc cd cu
3 dti equalis est ipsi dts, quare ds recta
4 linea equalis est recte linee cti. Et quia
recta linea coniungens signa c, t, equalis
5 est ipsi ab, hoc est ipsi ds, erit iam
per 22. theorema rectangulum sub ca, di, hoc
6 est sub bai, equale rectangulo
7 sub utraque ca, di, et cd, et rectangulum sub
a, ik equale rectangulo sub utraque di, ek,
et similiter autem in iis que sequuntur,
et





et omnia igitur omnibus equalia sunt, et cir
culus igitur, cuius ea que ex centro est ab equa
lis est superficiebus, que fiunt ab ipsis cd, de,
ef, fg, gh.

26

25

Sic idem. inscribatur polygonum acdefghb 1
in alterum semicirculum circa idem centrum p,
et sit ipsius diameter qr et ducantur eodem
modo perpendiculares: fit iam dupla ipsa
qdo cd ipsius cq, ipsa autem gt ipsius trp 2
id quod ante positum est, et hoc cd cu
dti equalis est ipsi dts. subtendit autem cdti 3
coniuncta in c, t, equalis ipsi ab, hoc est
ipsi ds. erit iam per 22. theorema rectan
gulum sub ds, ai, hoc est sub bai, equale
rectangulo sub utraque ca, di, et cd, et rec
tangulum sub ba, ik, equale rectangulo
sub utraque di, ek, et de, similiter autem
in iis que sequuntur, et omnia igitur omnibus

90

Arietis astellatio 13 116

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3

310

147 4

Equalia sunt, et circulus igr., cuius ea quae ex centro est ab aequalis est sufficiebus quae fiunt ab ipsis cd, de, ef, fg, gh.

26

91

Arietis castellani 13 116 2

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3

310

147 4

Arietis castellani 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3

kte ad circumferentiam ab, ambitus autem ad ambitum ut diameter ktl ad diametrum ac quare et ut kti ad aq, et circumferentia igitur kte ad circumferentiam ab ut recta kti ad rectam aq.

2 ut demonstratum est supra 13. huius numero. 11.

vide sup. 13a. numero 11.

3 circuli namque inuicem se habent ut que ab diametris fiunt quadrata per 2am. 12i. elem: est autem sector ktle quarta pars circuli ktel, sector autem aqb quarta pars circuli abc quippe cum recti sint qui sub ktle, aqb anguli, quadratum autem quod ab kti quarta pars est quadrati quod ab ktl, similiter autem et quadratum quod ab aq quarta pars est quadrati quod ab ac, quare erit sector ktle ad sectorem aqb ut quadratum quod ab kti ad quadratum quod ab aq.

4 per 15am. huius.

in 18m.

1 Quoniam enim est ut ambitus circuli def ad circumferentiam kte, sic ambitus circuli abc ad circumferentiam ab, alterum enim alterius quadruplus est, quippe cum recti sint anguli qui sub ktle, aqb, et vicissim igitur ut ambitus circuli def ad ambitum circuli abc, sic circumferentia kte ad circumferentiam ab, ambitus autem ad ambitum ut diameter ad diametrum, et ut semidiameter ad semidiametrum, circumferentia igitur kte ad circumferentiam ab, ut recta kti ad rectam aq, equalis autem est

Arietis stellato 13 116 3
precedens duarum quae sunt in cornu
Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3
quae ipsam sequitur
Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor: 3

310

147 4

circumferentia ab circumferentiae est, et circumferentia igitur
ke ad circumferentiam est ut recta kti ad rectam ag.
ut autem circumferentia ke ad circumferentiam est sic
sector ktie ad sectorem dtie, et sector igitur ktie ad
sectorem dtie ut recta kti ad rectam ag. et quoniam
est ut circulus def ad circulum abc, sic quadra
tum quod ab kt ad quadratum quod ab ac per 2am
12i elem: est ergo ut sector ktie ad sectorem
agb, sic quadratum quod ab kti ad quadratum
quod ab ag, alter enim alterius quarta pars
est, quadratum autem quod ab kti ad quadra
tum quod ab ag in duplacta ratione est kti
ad ag per 1um coroll. 20e 6i elem: et sector igitur ktie
ad sectorem agb in dupla est ratione quam kti ad ag.
ut autem kti ad ag sic sector ktie ad sectorem dtie,
et sector igitur ktie ad sectorem agb in dupla est
ratione quam ad sectorem dtie, sector igitur dtie me
dius est proportionalis inter sectores ktie, agb,
est igitur ut sector ktie ad sectorem dtie, sic sector
dtie ad sectorem agb.

2 per 16am scilicet.

3 Semicirculus namque abc duplus est sectoris agb,
recti namque sunt anguli qui ad g.
Similiter autem segmentum def duplum est trilinei
edi, cum aequalia sint trilinea edi, efi, cum
rectis namque rectis de, et erunt triangula dei fei
aequalia per 4am 1i elem. cum aequalis sit di ipsi if

et

et ei communis, et qui ad i anguli aequales quia recti,



segmenta autem dke, etf similiter inuicem aequalia
per 24am 3i elem: aequales namque sunt rectae de ef ~~et~~
~~iunctis rectis~~ et similia segmenta dke etf, cum iunc
tis namque rectis dk, ke, et tf, fit angulus dke aequalis
angulo fte, anguli namque dke dfe duobus rectis sunt
aequales per 22am 3i elem: et per eadem anguli fte, fde
duobus rectis sunt aequales, ~~quorum anguli~~ quare
duo anguli dke, dfe, duobus angulis fte, fde
sunt aequales, quorum anguli dfe, fde sunt inui
cem aequales, et reliqui igitur dke, fte sunt inuicem
aequales. quare trilinea ~~dke~~, edi efi sunt in
uicem aequalia, et perinde segmentum def duplum est
trilinei edi.

In de solidis.

in 19m

1 Sequitur ~~liber~~ 2a Archimedis petitione in de
sphaera et cylindro, nam si intelligatur planum
secans polyedrum illud simul et sphaeram in ipso in
scriptam, erit communis sectio plani secantis et super
ficiei sphaerae circulus per 1am 1i Theodosii de sphaeris
communis autem sectio plani secantis et polyedri superficiei
erit linea quaedam ~~...~~ ex pluribus rectis constituta ...
intelli
... per 3... elem ... ex alte... parte ... caua erit.
gatur igitur solidum comprehensum sub plano compre
so sub circumferentia circuli quae communis est sectio ~~superficiei~~ sphaerae
inscriptae et plani secantis, et caua illa linea pluri
bus constituta rectis lineis, intelligatur autem et sphae

+ plani polyedri
ex altera parte
plani secantis
et

94

Arietis stellarum 13 116

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8 — 20. bor: 3

in 19.^m

1 sequitur hoc ex 2.^a Archimedis petitione in de sphaera et cylindro, Nam si intelligatur ~~solidum~~ planum secans polyedrum hoc simul cum et sphaera in ipso inscripta), erit communis sectio plani secantis et superficiei sphaerae circumferentia circuli per 1.^am 1. Theodosii de sphaera, communis autem sectio plani secantis et superficierum poliedri erit linea quaedam ex pluribus rectis constituta lineis per 3.^am 11. elem:, quae ad easdem partes cava erit, intelligatur igitur solidum comprehensum sub planis polyedri ex una parte plani secantis derelictis, et plano contento sub circumferentia circuli quae communis est sectio plani secantis et superficiei sphaerae, et cava illa linea pluribus rectis constituta lineis. intelligatur autem ~~et~~ sphaerae segmentum ex eadem plani secantis parte derelictum, ~~erunt~~ habebunt tunc ~~superficies~~ talis solidi, et sphaerae segmenti superficies (excepto circulo qui communis est utrique) terminum eundem in plano existentem scilicet circumferentiam solidi circuli ~~et~~ ~~communis est sectio~~ et ad easdem partes cavae sunt, utque quare per 2.^am Archimedis petitionem in de sphaera et cylindro erit solidi superficies maior superficie segmenti sphaerae

in 19.^m

1 manifestum ~~enim~~ est hoc in omnibus praedictis polyedris ~~regularibus~~, sit namque pyramis abcd in qua sit inscripta sphaera, cuius centrum e, per quod ducatur planum efgh aequedistans basi pyramidis bcd, erit iam communis sectio vel plani secantis et



et superficierum pyramidis, triangulorum scilicet abc abd acd rectae lineae fg, gh, hf, per 3.^am 11. elem: triangulum fgh constituentes, communis autem sectio eiusdem plani secantis et superficiei sphaerae erit circumferentia maximi circuli in sphaera descripti per 1.^am et 6.^am 1. sphaericorum Theodosii, cuius centrum est idem quod centrum sphaerae e per 1.^m coroll. primae eiusdem 1. sphaericorum Theod: sit autem circumferentia circuli ikl, triangulum igitur fgh maius est circulo ikl, atqui triangulum bcd maius est triangulo fgh, similia namque sunt triangula bcd, fgh cum sint aequilatera et aequiangula per 10.^am 11. elem: et maiora sint latera bc, cd, db, lateribus fg, gh, hf, cum circumrectae rectae bf, cg, dh, in signo a, multo igitur triangulum bcd maius est circulo ikl, quatuor autem triangula abc, abd, acd, bcd, quadrupla sunt trianguli bcd, aequalia namque invicem sunt, multo igitur quatuor triangula abc, abd, acd, bcd, hoc est tota pyramidis abcd superficies maior est quam quadrupla circuli ikl, atqui tota sphaerae superficies, ut demonstravit Archimedes in 31.^a 1. de sphaera et cylindro: quadrupla est circuli ikl maximi in ea descripti, tota igitur pyramidis abcd superficies maior est superficie sphaerae in ipsa ~~de~~ inscriptae per 10.^am 1. element:

Rursus sit cubus abcdefgh, in quo sit inscripta sphaera, cuius centrum i, per quod transeat planum klmn, erunt iam communes sectiones plani se



cantis et superficierum cubi hoc est quadratorum abcd, degh, hgfe, efba rectæ lineæ kl, lm, mn, nk per 3.am 11. elem. quadrata complementes klmn æquale quadrato bcgf, equangula namque sunt per 10.am 11. elem. et equilatera per 34.am 1. elem. parallelogramma namque sunt ista kc, cm, nf, fk; communis autem sectio plani secantis et superficiei sphæræ erit circumferentia circuli maximi in sphæra descripti per 1.am et 6.am 1. sphæricorum Theod. cuius centrum est idem quod centrum sphæræ i, per 1.m coroll. eiusdem pr. 1. sphæricorum Theod. Sit igitur circumferentia circuli opqr, ma ius igitur est quadratum klmn circulo opqr, est autem quadratum bcgf æquale quadrato klmn, et quadratum igitur bcgf ~~maius est æquale est~~ maius est circulo opqr, sex autem quadrata ac, cd, hf, fa, ah, bg sexcupla sunt quadrati bcgf, inuicem namque sunt equalia, sex igitur quadrata ac, cd, hf, fa, ah, bcgf, hoc est tota cubi superficies maior est quam sexcupla circuli opqr, atque tota sphæræ in cubo descripti superficies quadrupla est circuli opqr maximi in ipsa descripti per 32.am 1. de sphæra et cylin. Archi. maiorem igitur rationem habet cubi superficies ad circulum opqr quam sphæræ superficies in eo descriptæ ad eundem opqr circulum, maior igitur est cubi superficies sphæræ superficie in ipso inscriptæ per 10.am 5 elem.



Sit octaedrum abcdf, cuius axis af, et in eo sit inscripta sphæra, cuius centrum g, et secetur per axem octaedrum plano equidistante lateribus be, cd. erunt iam communes sectiones plani secantis et octaedri superficierum abg, cfb, fde, cad, rectæ lineæ ali, lif, fi, ia per 3.am 11. elem. quadrilaterum alfi complentes. communis autem sectio plani secantis et superficiei sphæræ in octaedro inscriptæ erit circumferentia circuli maximi in ea descripti per 1.am et 6.am 1. sphæricorum Theod., cuius centrum est idem quod centrum sphæræ g per 1.m coroll. eiusdem 1.æ pr. sphæricorum, erit igitur in plano quadrilateri alfi, sit circumferentia circuli klmn. et sit communis sectio plani secantis et quadrati ebcd recta linea hi, equidistans igitur est hi ipsis be, cd, et propterea anguli qui sub bhi, ihc recti sunt per 29.am 1. elem: rectus namque est angulus qui sub ebc. Coniungantur bg, gi, ge. Quæ igitur equales sunt ipsæ bg, gc, ipsæ semidiametri quadrati ebcd, anguli igitur gbc, gcb erunt equales per 5.am 1. elem. sunt autem equales anguli bhg, ghc quippe recti et est latus hg commune, et latus igitur bh lateri hc equale est per 26.am 1. elem. rursus quia angulus bhg rectus est, angulus autem hbg dimidius est recti, et angulus igitur hgb dimidius est recti per 32.am 1. elem. equales igitur sunt

Arietis stellarum 13 116 ...

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor: 3

310

147 4



anguli sub bgh, ... quare et latera bh, hg sunt aequalia
per 6am 1i elem: et quia duae sub, bg, duabus ie, eg
sunt altera alteri aequales, et anguli qui sub sbg,
ieg sunt aequales, dirimit utraque sunt rectorum sbe
ieb, et basis igitur si basi ig aequalis est, duae igitur
lig, ga duabus igi, ga sunt altera alteri aequales,
et anguli lga, iga sunt aequales quippe recti,
et triangulum igitur alg aequale est triangulo
aig per 4am 1i elem: et quia duae ati, tib duabus
ati, ti sunt altera alteri aequales, et basis at aequa
lis est basi ac, angulus igitur atb aequalis est angu
lo ~~atc~~ per 8am 1i elem: quare per 4am eiusdem triangu
lum atb aequale est triangulo atc, triangulum
igitur atc duplum est trianguli atb, est autem tri
angulum atb maius triangulo agi, per 1am 6i elem:
sub eadem enim sunt altitudine cum aequales sint
perpendiculares ad bases ati, agi ~~ipsae bh, hg et recti sunt anguli~~ et maior sit
basis ati basi agi, et triangulum igitur abc maius
est quam duplum trianguli agi, igitur et triangu
la abc, acd, maiora sunt quam quadrupla tri
anguli agi, et similiter triangula ~~abe~~ ade, aeb
maiora sunt quam quadrupla trianguli agi; qua
propter igitur triangula abc, acd, ade, aeb maio
ra sunt quam quadrupla trianguli ati, et ea
dem demonstratione demonstrabitur quod quatuor
alia triangula fbc, fcd, fde, feb, maiora sunt
quam quadrupla trianguli fli, octo igitur trian

gula abc, acd, ade, aeb, fbc, fcd, fde, feb ma
iora sunt quam quadrupla quadrilateri abfi,
est autem quadrilaterum abfi maius circulo hlmn,
multo igitur octo triangula predicta, hoc est tota
octaedri superficies maior est quam quadrupla cir
culi hlmn, est autem sphaerae in octaedro inscrip
tae tota superficies quadrupla circuli hlmn per 32am
1i de sphaera et cylind: Archi: maiorem igitur rationem
habet octaedri superficies ad hlmn circulum quam
sphaerae in octaedro inscriptae superficies ad eundem
hlmn circulum, maior igitur est per 10am 5i elem:
octaedri superficies superficie sphaerae in ipso inscriptae.

Arietis castellani 13 116 2

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor. 3

310

147 4

2 cum enim sphaerae superficies maior sit alterius sphae-
rae superficie et sphaera quoque sphaera maior erit.
similes namque invicem sunt sphaerae etc. supposito
autem 32° Theoremate Archimedis in de sphae:
et cylin: demonstratur hoc modo. superficies sphaerae
est quadrupla eius maximi in ea circuli per 32^am 1.
de sphae: et cyl: et per idem superficies sphaerae in po-
lyedro inscriptae quadrupla est maximi in ea
circuli, ut igitur superficies sphaerae est ad maximum
in ea circulum, sic superficies ~~in~~ sphaerae in polye-
dro inscriptae ad maximum in ea circulum et
~~vicissim ut superficies sphaerae est ad superficiem~~
~~sphaerae in polyedro inscriptae sic maximus~~
~~circulus in sphaera est ad maximum circulum qui~~
~~sphaera in polyedro inscripta~~ atqui maior
est superficies sphaerae quam superficie sphaerae in poly-
edro inscriptae, ~~quare~~ maior quoque est maxi-
mus circulus in sphaera quam ~~maximo~~ circulo qui
in sphaera in polyedro inscripta per 14. 5i elem. quare et ea
quae ex centro sphaerae est ~~maior~~ ea quae ex
centro sphaerae in polyedro inscriptae. sed non
licet uti hic illo theoremate cum ad illud
ostendendum ~~supponatur~~ Pappus hoc praesens theorema,
idem namque demonstrat Pappus in corollariis 30ae et
31ae lineis licet sub aliis verbis.

Arietis castellano 13 116 22

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20.bor: 3

que ipsa sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20.bor. 3

310

147 4

3

Hic similiter animadvertendum Pappum supponere quod sphaera est quadrupla coni cuius basis est equalis max. in ea circulo et altitudo ea que ex centro ipsius, ex quo postea ostenditur idem demonstrare inducendo conversum ex 30. et 31. huius, licet sub aliis verbis.

4 Demonstrat namque Archimedes in 33. i. de sphaera et cylindro quod omnis sphaera quadrupla est coni cuius basis equalis est circulo in ea maximo et altitudo equalis ei que ex centro sphaerae, sed eiusdem coni quadruplus est conus cuius quidem basis equalis est superficiei sphaerae et altitudo eadem que ex centro sphaerae per 11. 12. elementorum. quadrupla namque est superficies sphaerae maximi in ea circuli ut demonstratur ab Archimede in 32. p. de sphaera et cylindro. et conus igitur

cuius basis equalis est superficiei sphaerae a et altitudo equalis ei que ex centro sphaerae a equalis est sphaerae a.

4. 1. Theodosii de sphae:

5 Si namque intelligantur a centro sphaerae in polyedro inscriptae ad signa quibus sphaera tangit polyedri plana, ductae rectae lineae, ipsae erunt ad dicta plana perpendiculares, quod si rursus intelligantur ab eodem centro ad polyedri angulos ductae rectae lineae, et per ipsas plana, dividetur polyedrum in tot pyramides quot habet ipsum bases, et pyramides omnes altitudinem habebunt eandem scilicet eam que ex centro sphaerae in polyedro inscriptae, quarum pyramidum bases omnes sunt equales toti polyedri superficiei, quare ipsae equales erunt pyramidi cuius quidem basis est equalis superficiei polyedri et altitudo eadem que ex centro sphaerae in polyedro inscriptae per 6. 12. elem.; et pyramis igitur cuius basis equalis est superficiei polyedri et altitudo equalis ei que ex centro sphaerae in polyedro inscriptae est dicto polyedro equalis.

in 20m

1 Deducitur hoc ex 33a. p. de sphaera et cylindro Archimedis et ex 11a. 12. elem. ut demonstratur est in 19. n. 4.

2 cylindrus namque basim habens equalem basi coni

Arietis stellatio 13 116 22

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor. 3

et altitudinem eadem triplus est coni p 10.am 12.i elem: idem autem cylindrus triplus quoque est cylindri cuius quidem basis est eadem et altitudo tertia pars axis coni et dicti cylindri p 14.am 12.i elem: quare p 7. 5.i elem: ~~conus~~ cylindrus eadem cono habens basim altitudinem autem tertiam partem axis coni est dicto cono equalis.

3 p 18.am 3.i elem.

4 reliquus namque angulus qui sub fhe reliquo qui sub gte equalis erit p 32.am 1.i elem:

5 p 4.am 6.i elem.

6 p 16.am 6.i elem.

7 p 1.am 6.i elem. sumpta pro communi altitudine ipsa eg vel ef,

in 21.m

1 p 28.am 1.i elem. omnes autem sunt perpendiculares in diametro ab.

2 est enim p 4.am 6.i elem: ut eg ad ge sic di ad ie, quare et componendo ut ie ad eg sic

2 pp similitudinem triangulorum ced, gei

3 similiter pp similitudinem triangulorum efd itd.

4 p 12.am 5.i element:

5 in 20. hiliceor liniis.

6 rectangulum namque bis sub hge est equale recto

gulo cf rectangulum autem sub utraque cd, ef et ce duplum est rectanguli ~~e~~ cf p 1.am 6.i elem: ~~que~~ ~~re~~ sumpta pro communi altitudine ipsa ce: cuius dupla sit basis composita ex utrisque cd, ef, ipsius ~~cf~~ ~~vel cf~~ gti. rectangulum autem sub ab dt duplum est rectanguli sub ab, dti p 1. 6.i elem: cum dupla ~~est~~ quoque sit basis dt ipsius dti. et sumpta pro communi altitudine ipsa ab.



in 22.m

1 p 3.am 3.i element:

2 p 34.am 1.i elem:

3 p 34. 1.i elem:

4 p 21.am 3.i elem:

5 p 31.am 3.i elem:

6 p 4.am 6.i element:

7 p 16.am 6.i element:

in 23.m

1 in 17.a 1.i de sphera et cylindro.

2 in 22.a huius. completo namque circulo abcn, et posita circumferentia cn equali circumferentie de, et coniunctis rectis lineis dn, gn, erit circumferentia edc equalis circumferentie dcn quare

Arietis castellano 13 116 2.2
precedens duarum que sunt in cornu
Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3
que ipsam sequitur
Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3
310
147 4

re gen, erit equalis ipsi
adc scilicet semicirculo,
equales namque sunt circumfe
rentie ae, gd, et ec recta
linea equalis est recte li
nee dn per 29.am 3.i element:
que subtenditur circumfe
rentie den, que est cum circumfe
rentia gd semicir
culus gen,



3 per eandem 22.am huius. nam posita no circumfere
ria equali ipsi bg, ~~erit circumferentia~~ et coniunc
tis rectis lineis bo, go, erit circumferentia bco
equalis circumferentie gen, semicirculo videli
cet, et circumferentia gco equalis est circumfe
rentie den, hoc est edc, equalis namque est
circumferentia bg circumferentie no, quare recta
ec, equalis est recte go, per 29.am 3.i elem: que
subtenditur circumferentie gco, que est cum cir
cumferentia bg semicirculus bco.

4 similiter per 22.am huius coaptata videlicet rec
ta linea in circulo equali ipsi ec per 6 fit
rectangulum sub illa et fk equale rectangulo
sub utraque fl, bk et fb, quod est equale
quadrato quod fit ab ea que media est
proportionalis inter utramque fl, bk, et fb, per

5 in 15.a 1.i de sphera et cylindro.

6 est enim triangulum aec rectangulum per 31.am 3.i elem:
et ab angulo recto aec ducta est perpendicularis
ad basin ipsa em, triangula igitur aec, aem sunt
similia per 8.am 6.i elem: quare erit ut ae ad ec,
am ad em, rectangulum igitur sub ae em equa
le est rectangulo sub ec am per 16.am 6.i elem:

7 rectangula namque que sunt sub ec et qualibet
ipsarum li, ik, kt, lm, ma, equalia sunt rec
tangulo sub ec, et ath per 1.am 2.i elem: circuli
autem inuicem se habent ut que ab diame
tris fiunt quadrata per 2.am 12.i elem: quadrata
autem que ab diametris inuicem se habent ut
quadrata que ab semidiametris per 15.am 5.i elem:
utrumque enim utriusque quarta pars est, quare
et circuli inuicem se habent ut que ab se
midiametris fiunt quadrata, circuli igitur
quorum que ex centris possunt rectangula sub
ec et qualibet ipsarum li, ik, kt, lm, ma equales
sunt circulo cuius ea que ex centro potest rec
tangulum sub ec, ~~ca~~ ta, quare superficies facta ab
omnibus rectis dg, gb, bf, fe, ea equalis est
circulo cuius ea que ex centro potest rectangu
lum sub ec, ta

8 hoc verum est etiam si aliquod polygoni la
tus fuerit equedistans diametro ac, tunc

Arietis castellani 13 116

precedens dum eius que sunt in corrente

Ariet: 1 27.47 — 7.20.60r: 3

que ipsa sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20.60r: 3

310

147 4

est ab illo ~~latere~~ recti cylindri ~~superficies~~ superficies fit, que equalis est circulo cuius ea que ex centro est media proportionalis inter latus cylindri et diametrum circuli qui basis est dicti cylindri per 14am 1i de sphera et cylindro Archimedis ut si bg fuerit equedistans ipsi ac, superficies que fit ab ipsa bg erit superficies cylindri recti

8 hoc verum est, etiam si aliquod polygoni latus ut puta bg equedistans fuerit diametro ac, tunc enim superficies ab bg facta revolutione facta recti cylindri superficies erit que equalis est circulo cuius ea que ex centro media est proportionalis inter latus cylindri ~~quod est bg~~, et diametrum circuli qui est basis dicti cylindri per 14am 1i: de sphera et cylindro Archimedis. hoc est equalis est circulo cuius ea que ex centro potest rectangulum sub utraque bk, gi, que est bg per 17am 6i elem: equalis utraque est bk ipsi gi et utraque ipsarum est semidiameter circuli qui basis est dicti cylindri per 3. 3. elem: rectangulum autem sub utraque bk gi cum bg equale est rectangulo sub ec, ki per 22am huius. quare superficies recti cylindri que fit ab recta bg equalis est circulo cuius ea que ex centro potest rectangulum sub ec et ki, reliqua autem demonstrantur in textu.

in 24m.

~~[illegible]~~

1 ut patet in dicto 12o 4i element:

2 rectangula enim que ~~fiunt~~ sub ab et qualibet ipsarum ai, ik, kt, lm, mb, equalia sunt rectangulo quod sub ab, ba, hoc est quadrato quod ab ab per 1am 2i elem: circuli autem inter se habent ut que ab semidiametris fiunt quadrata ut ~~dictum~~ demonstratum est in 23a huius numero 7. quare circuli quorum que ex centris possunt rectangula sub ab et qualibet ipsarum ai, ik, kt, lm, mb, equales sunt circulo cuius ea que ex centro est ab. quare superficies que fit ab omnibus predictis dc, ef [illegible] equalis est circulo, cuius ea que ex centro est ab.

Similiter ~~autem~~ hoc verum est, etiam si aliquod polygoni [illegible] latus ut puta ef fuerit equedistans diametro ab, superficies enim que fit ab ef equalis erit circulo cuius ea que ex centro potest rectangulum sub utraque ek, fl, ut demonstratum est in 23a huius numero 8. circa ~~utraque~~ polygonum [illegible] ~~[illegible]~~ in secunda circulus describitur ut demonstratum ~~est~~ numero 1. rectangulum autem sub utraque ek fl, equale est rectangulo sub ab, kl, per 22am huius.



102

Arietis stellarum 13 116 22

praecedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20 bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20 bor. 3

quare sufficiens quae fit a recta et equali dicta de diametro ab equalis est rectangulo sub ab kl,

in 25.^m



1 Omne enim polygonum equilaterum et equiangulum quale est acdefghb circa circulum descriptum intra alterum circulum, idem centrum habentem descriptum est. Ductis namque a signis d, n, c ad centrum p rectis lineis dp, np, cp, fit angulus cdp dimidium anguli cde ut patet in demonstratione 12^e 4^i elem: similiter autem angulus dcp dimidius fit anguli dca, quare angulus cdp equalis est angulo dcp, qui autem ad n sunt equales, quippe recti per 18^am 3^i elem: et latus np est commune, quare per 26^am 1^i elem: latus pd equale est lateri pc. similiter autem demonstrabitur quod omnes rectae ductae a centro p ad signa angulorum polygoni e, f, g, h, sunt invicem equales, quare si centro quidem p, spatio autem pc circulus describatur, transibit eius circumferentia per omnia signa angulorum polygoni, quare polygonum equilaterum et equiangulum circa unum circulum descriptum intra alterum circulum idem centrum habentem descriptum est.

2 praesupposito namque est polygonum circa unum circulum descriptum, cuius diameter ab, et ad quodlibet polygoni equilateri et equianguli circa circulum descripti latus a signo contactus dimidiatur bifariam, ut manifestum fit per demonstrationem 12^e 4^i elem: erit ca dimidium lateris polygoni, quare ac equalis est ipsi cn, est autem ap equalis ipsi np, et anguli qui ad n et a sunt equales, quippe recti per 18^am 3^i elem: et angulus igitur cpa equalis est angulo cpn, est autem angulus dpc duplus anguli cpn et angulus igitur dpc duplus est anguli ~~cpa~~ cpq, quare et circumferentia dc dupla est circumferentiae ~~ca~~ cq per 33^am 6^i elem: et propter hoc eadem circumferentia qh dupla est circumferentiae ~~bq~~ hr.

3 Coniuncta namque cp, et producta in s et completa circumferentia ~~ctq~~ ctr usque ad s fit cts semicirculus, quare circumferentia cts equalis est circumferentiae ~~qhq~~ qhr, communi ablata ~~ctq~~ ctr velinquitur circumferentia ~~cq~~ cq equalis circumferentiae ~~qs~~ rs, est autem dc dupla ipsius ~~cp~~ cq, hoc est ipsius rs, ~~hr~~ ctr quoque dc dupla quoque est ipsius ~~qs~~ rs, quare ~~bq~~ equalis est ipsi ~~qs~~ rs, et propter hoc hs equalis est unicuique ipsarum hg, gf, fe, ed, dc, quare circumferentia cdhs equalis est circumferentiae dhs.

~~4 per 33^am 1^i elem~~

4 per 33^am 1^i elem: ipsae namque ca hb sunt invicem equales

Arietis astellari 13 116 2

praecedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor. 3

borealior [illegible]

310

147 4

et aequedistantes quippe cum dimidia sint laterum polygoni, et anguli qui ad a, recti per 18.am 3.i element: et ct aequalis est ipsi ds per 29.am 3.i elem:

5 est enim ba aequalis ipsi ds quae subtenditur circumferentiae dtus quae cum circumferentia di est semicirculus cdtus.

6 Superficies enim, quae per revolutionem fit à recta ct aequalis est circulo, cuius ea quae ex centro potest rectangulum sub utraque ca, di, et ct per 17.am 1. de sphaera et cylindro Archimedis et 17.am 6.i elem:, rectangulum autem sub utraque ca di et ct aequale est rectangulo sub bai per 22.am cuius, aequalis namque est ba ipsi ds quae subtenditur circumferentiae dtus quae cum circumferentia cd est semicirculus cdtus, ergo superficies quae fit à recta ct aequalis est circulo, cuius ea quae ex centro potest rectangulum sub bai: simili autem modo coniungendo di, et ipsam producendo in alteram partem usque ad circumferentiam, aliam inveniemus circumferentiam quae cum de circumferentia semicirculus fit et cui subtenditur alia recta quae ipsi ab aequalis erit, et sic facta ab recta de superficies aequalis erit circulo, cuius ea quae ex centro potest rectangulum sub ba, ik, atque eodem modo in reliquis. quare tota superficies ab omnibus rectis cd, de, et, fg, gh per revolutionem facta

104

aequalis est circulis, quorum quae ex centris possunt rectangula sub tota ab et qualibet ipsarum ai, ik, kl, lm, mb, atqui rectangula sub tota ab et qualibet ipsarum ai, ik, kl, lm, mb aequalia sunt quadrato quod ab recta ab per 1.am 2.i element: ergo tota superficies facta ab omnibus rectis de, et, fg, gh aequalis est circulis, quorum quae ex centris possunt quadratum quod ab ab, sed circuli quorum quae ex centris possunt quadratum quod ab ab aequales sunt circulo cuius ea quae ex centro est ab, circuli enim inuicem se habent ut quae ab diametris sunt quadrata per 2.am 12.i elem: quare et ut quae ab semidiametris sunt quadrata per 15.am 5.i elem: utraque enim utriusque quarta pars est, tota igitur superficies à rectis cd, de, et, fg, gh per revolutionem facta aequalis est circulo, cuius ea quae ex centro est ab.

in 26.m

Arietis constellatio 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3

310

147 4

Scholia in 5.um librum Pappi Alexandrei.

in p.am

1 Vocat ordinata polygona que equilatera quidem sunt et equiangula atque per se singula similia, ea scilicet que numero serie se se consequuntur, ut triangulum, quadratum, pentagonum, exagonum et que deinceps sequuntur, ut ipse inquit supra. — et non inuicem sed singula seorsum et dissimilia

2 quot enim habet polygonum angulos, tot quoque habet et latera.

3 anguli namque cum, quae sunt, inuicem equales per 8.am i. elem. anguli autem qui ad i sunt quoque inuicem equales, quippe recti, et con- er latus per 4 26.am i. elem: ai equalis er ipsi ic, quare dimidium est ai ipsius ac, et per ... dimidium est ... ipsius ...

4

Arietis stellarum 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7-20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor. 3

310

147 4

in 2.^m

1 in 1.^a enim petitione in de sphera et cylindro petit Archimedes, linearum eosdem terminos habentium rectam minimam esse, aliarum autem linearum eosdem terminos habentium, que in eodem plano constitute fuerint, et ad eosdem plani partes site, si ad easdem partes cave fuerint omnes, ut vel altera tota comprehendatur ab altera, recta cum ipsis eosdem terminos habente, vel quidpiam ipsius comprehendatur, quidpiam vero habeat commune cum altera, inequales esse, ac semper comprehensam comprehendente esse minorem. quare non supponit Archimedes quod cuiusque polygoni circulo circumscripti ambitus maior est circumferentia circuli, sed demonstrat hoc idem in 2.^a prop. dicens si circa circulum circumscribatur polygonum erit polygoni ambitus circuli circumferentia maior. nisi velit forsan intelligere quod supponat hoc aliis theorematibus. sed durum est hoc ~~sumo~~ maxime cum ipse reddat causam ~~cur~~ ingenuus, cum ipsum contineat, expresse citans primam petitionem. at hoc parum ad rem, sive enim supponatur ab Archimede

[margin: cum desit illud recta cum ipsis eosdem terminos habente +]

sive demonstretur, satis nobis erit illud esse verum. +

[margin: + vel dicendum quod hoc supponitur in illa 1. petitione, ~~videlicet~~ nam continuata recta ef erit per illam 1.^am petitionem ~~recta~~ linea ektmf maior circumferentia et et pe eadem ~~eadem~~ linea eirf maior erit circumferentia edf, quare totus ambitus polygoni circumscripti maior est circuli circumferentia ac neque hoc est supponere ambitum polygoni circa circulum descripti maiorem esse [illegible] circuli circumferentia, sed hoc [illegible] demonstratum [illegible] petitione [illegible] ab [illegible]]

2 nam cum polygona sint similia qualis pars est in ambitus polygoni ktmni, talis pars est et ac ambitus polygoni abc, quare qualis pars est id eiusdem ambitus polygoni ktmni, talis pars est et ao eiusdem ambitus polygoni abc, dimidium namque est ipsa gd id ipsius in, ipsa autem ao ipsius ac, ut demonstratum est in prece denti. et maior est ambitus polygoni ktmni ambitu polygoni abc, maior igitur est id ipsa ao

3 est enim angulus gid dimidium anguli kin, et angulus hao dimidium anguli pac ut patet in demonstratione 12.^e 4.^i elem: anguli autem kin, pac sunt equales, cum polygona ktmni, abc sint similia, quare anguli gid, hao sunt sinuicem equales, anguli autem gdi, hoa sunt quoque inuicem equales, quippe recti, et reliqui igitur dgi, oha sunt inuicem equales equiangula igitur sunt triangula gid, hao, est igitur per 4.^am 6.^i elem. ut id ad dg sic ao ad oh, et vicissim, ut id ad ao sic dg ad oh, maior autem est id unde monstratum est ipsa ao, maior igitur est et dg ipsa oh, ~~per 14.^am 5.^i elem~~:

4 per 1.^am 6.^i elem: sumpto pro communi altitudine cir

Arietis stellatio 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor. 3



culi def, uel polygoni abc ambitu.

ductis namque à centro h ad polygoni latera $\overline{ac}$, 5
$\overline{cq}$, $\overline{qb}$, $\overline{bp}$, $\overline{pa}$ perpendicularibus ho, hr, hs, ht,
hu, ipse erunt inuicem equales, et equaliter
namque distant à centro ipse $\overline{ac}$, $\overline{cq}$, $\overline{qb}$, $\overline{bp}$, $\overline{pa}$
per 14^{am} 3^i elem: et quia rectangulum sub $\overline{ac}$ ho
duplum est trianguli ahc per 41^{am} 1^i elem: et rectan
gulum sub $\overline{cq}$, hr duplum trianguli hcq, et rec
tangulum sub $\overline{qb}$, hs duplum trianguli qhb, et
rectangulum sub $\overline{bp}$, ht duplum trianguli bhp,
et denique rectangulum sub $\overline{pa}$, hu duplum tri
anguli pha; erit igitur rectangulum sub om
nibus polygoni lateribus et ho perpendicu
lari comprehensum ~~equale~~ duplum omnium
triangulorum dictorum, hoc est polygoni
abc.

Omnia autem dicta rectangula sunt equalia rectangulo sub omnibus illis perpendicularibus et ... $\overline{bq}$ $\overline{qc}$ ... polygoni lateribus

in 3^m

1 Hoc enim in demonstratione 2^e ostenditur.

2 ut demonstrat Archimedes in 1^a 1. de sphera et cylindro.

3 per 1^{am} 6^i elem: rectangulum sub ambitu circuli abcde et ea que ex centro ipsius, maius est rectangu
lo sub ambitu polygoni abcde et eadem que
ex centro circuli abcde, inuicem enim se ha
bent ut bases; multo igitur rectangulum sub
ambitu circuli abcde et ea, que ex centro

ipsius

ipsius maius est rectangulo sub ambitu po
lygoni abcde et perpendiculari gh, que mi
nor est ipsa $\overline{go}$ que ex centro.

4 suppositum namque est spatium f dimidium rectan
guli sub ambitu circuli abcde et ea que
ex centro ipsius, rectangulum autem sub am
bitu polygoni abcde et perpendiculari gh
duplum est polygoni abcde, ut demonstratum
est in precedenti.

5 Demonstratur autem hoc modo. sit circulus
abcd, cuius centrum e, et sit spatium f ma
ius circulo abcd. Dico quod potest
circa abcd circulum polygonum circumscri
bere, ut spatium f sit maius polygono
circumscripto. Describatur primum per 7^{am}
4^i elem: circa abcd circulum quadratum
gtik. et diuisis bifariam per 30^{am} 3^i elem:
circumferentiis ab, bc, cd, da, in signis t, m,
n, o, ductisque per ea circulum tangentibus rec
tis lineis $\overline{pq}$, $\overline{vs}$, $\overline{tu}$, $\overline{xy}$, per 17^{am} 3^i elem:
coniungantur bt, ta, et gt, que producatur
usque ad circuli circumferentiam in puncto n.
Quum igitur quadratum quod ab $\overline{gt}$ equale est
quadrato quod ab $\overline{ga}$, utrumque enim ipsorum
equale est rectangulo sub ngt per 36^{am} 3^i elem:
recta igitur $\overline{gt}$ equalis est recte $\overline{ga}$, et propter
terea est tp ipsi $\overline{pa}$, et gt ipsi $\overline{gb}$ equalis





Arietis stellarum 13 116

precedens duarum quae sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7-20. bor: 3

quae ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20. bor. 3





est. et quia angulus gtp rectus est, et proinde
maior angulo tgp, latus igitur gp maius est
latere pt, hoc est pa, per 19am 1i elem. quare
et triangulum gtp maius est ~~triangulo~~ pta per
1am 6i elem. sub eadem enim sunt altitudine, mul
to igitur triangulum gtp maius est spatio sub
rectis apt et circumferentia at comprehenso. ~~et~~
eodemque modo demonstrabitur quod triangulum gtq
~~maius est~~ spatio sub rectis bqt, et circumferen
tia bt comprehenso maius est, totum igitur triangulum gqp
~~maius est~~ spatiis comprehensis sub rectis
bqpa et circumferentia bta maius est, et proinde ma
ius quam dimidium spatii sub rectis bga,
et circumferentia bta comprehensi. similiter
autem et triangulum rtis maius est quam dimi
dium spatii sub btic rectis et bmc circumferen
tia comprehensi, rectae igitur circulum tangentes
a bifariis circumferentiarum divisionibus duc
tae auferunt plusquam dimidium spatii, quo
circumscriptum quadratum excedit circulum
abcd. rursus igitur reliquas circumferentias
bifariam dividentes, et per sectionum signa
circulum tangentes rectas lineas ducentes,
auferemus ~~ipse~~ plusquam dimidium spatii, quo
circumscriptum polygonum excedit circulum abcd,
ac sic semper facientes describemus circa
abcd circulum polygonum quoddam ut spatia, quae
sub

sub eius lateribus et circuli circumferentia comprehen
duntur minora erunt excessu, quo spa
tium f excedit ~~in~~ circulum abcd per 1am 10i elem:
et proinde spatium f maius erit ~~illo~~ poly
gono illo ~~circa~~ abcd circulo ~~abcd~~ circumscripto.
~~eodem modo~~

6. ut demonstravit Archimedes in 2a 1i de sphaera
et cylindro.

7 per 1am 6i elem: sumpta pro communi altitudine ipsa
go.

8 rectangulum namque sub ~~ambitu~~ polygoni ~~et perpen~~
diculari ad eius latus go duplum est polygo
ni sitamque ut demonstratum est in praecedenti.
rectangulum autem sub ambitu circuli abcde 8 7 4
et ea quae ex centro go duplum est spatii
f ut supponitur.

in 4m.

1 ~~Non video cur cum inaequales sunt ipsae~~
~~de, maior ipsarum aequalis erit ipsi cf.~~
~~cum indifferenter utrique ipsarum cf fa~~ ~~iuxta constructionis voluntatem~~
~~aequalis esse possit pro constructionis~~ ~~maior ipsarum~~
~~limitatione~~



in 5m.

1 Si namque ae maior fiat ipsa ac (dummodo
aequalis non sit utrique acb, aut eisdem maior)
et excessui ~~ponatur~~ quo ambo acb excedunt
ae ponatur aequalis cb, et constituatur tri



Arietis castellan 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor. 3

que ipsa sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8.20. bor. 3

Borealior ...

angulus aeb bis ab, eius latera ae, et ~~tum~~ ~~eb~~ alterum alterum excedit, quod si verius accipiatur ad minor quod ipsa ae, minor autem ipsa eb, similiter autem maior et ipsa ae vel eb, et excessus quo ae et eb excedunt ipsam ad ponatur equalis db, et constituatur angulus adb bis ab ~~eodem modo~~ ~~similiter~~ trianguli adb laterum excedet alterum alterum ~~excedit~~ minus autem latus ad excedet latus db quam latus ae latus eb, cum ad minor sit ~~ipsa~~ ae, et db maior ~~ipsa~~ eb. omnia autem triangula abe, abd, abe ~~sunt~~ erunt ~~equalis~~ ambitus equalis.

2 et angulus qui sub fcb equalis est duobus qui sub cab, abc, qui inuicem equales sunt.

in 6^m^.

1 Cum sint equiangula, et equilatera.

in 7^m^.

1 ~~demonstrabitur hoc in sequenti scilicet in 8.~~

[illegible]

2 ~~per 4^am^ 1. elem.~~



3 due namque ~~fh~~ ~~hb~~, duabus ~~kh~~, ~~hb~~ sunt altera alteri equales, et qui ad h anguli sunt equales, quippe recti, et angulus igitur qui sub fbh equalis est angulo qui sub kbh.

4 et isosceliа.

5

in 8^m^.

1 maior enim erit angulus aeb angulo cfd per 25^am^ 1. elem. et minorem habebit rationem ea ad ab quam fc ad cd per 8^am^ 5. elem.

~~2 quoniam enim est ut dc ad ba sic ti ad ig, et componendo igitur erit ut dc, ba ad ab sic hg ad gi, maior autem est hg~~

2 quoniam enim est ut ti ad ig sic dc ad ba, et componendo igitur per 18^am^ 5. elem. erit ut tg ad gi sic dc ba, ad ab, maior autem est hg ipsis dc ba, maior igitur est et gi ipsa ab, per 14^am^ 5. elem. et eodem modo ostendetur ih maior ipsa cd.

3 due scilicet reliqua sunt maiores quomodocunque sumpte.

4 id est ex ab et duabus equalibus ipsis gk, ki.

5 id est ex cd et duabus equalibus ipsis it, th.

6 hoc est am ad cn.

7 hoc est mb ad nd.

~~8 angulus enim ogs maior est angulo opq per 16^am^ 1. elem: hoc est angulo ogp, angulus autem ogp maior est angulo osq per eandem multo igitur angulus ogs maior est angulo osq, quare latus os maius est latere oq, vel ov per 19^am^ 1. elem:~~

8 angulus enim ogp hoc est opq maior est angulo osp per 16^am^ 1. elem: quare per 19^am^ eiusdem latus os maius est latere op, et perinde maius ipsa oq, et ipsa ov

in 10^{m}.

1 sequetur hoc absurdum si quinquelaterum non fuerit equilaterum, tunc enim cum super ac, ce triangula constituuntur afc, cge sit amborum afc, cge latera equalia sint lateribus amborum abc cde, ipsa [gde] latera afc congruent lateribus abc, ipsa autem cge ipsis cde quare afcge erit idem ~~et~~ ipsi abcde

isoscelia

in 10^{m}

1 necesse autem est ~~ambo~~ [horum triangulorum] unius trianguli duo latera simul ~~maiora esse~~ duobus [simul] alterius trianguli lateribus maiora esse, aliquin dum constituerentur super basibus ac ce, latera ipsius afc congruerent lateribus ipsius abc, et latera ipsius cge, lateribus ipsius cde. cum equilaterum iam supponatur quinquelaterum abcde, et tunc triangula afc, cge non erunt maiora triangulis abc, cde, sed eisdem eadem vel equalia ~~et~~ et nullum sequeretur absurdum.

2 sequitur hoc absurdum si ut dictum est alterius triangulorum afc, cge duo latera simul duobus lateribus simul alterius maiora fuerint, si multilaterum abcde supponatur equilaterum

in 10^{m}.

1 necesse enim est semper ~~alterum quidem~~ ~~signorum~~ [rectas afc intra triangulum abc ~~constituantur~~] f, g, intra triangulum cadere, alterum autem extra ut demonstratum est in 8^{a} et ~~semper~~ triangula afc, cge numquam congruent triangulis abc, cde. sed semper erunt eisdem maiora ut demonstratum est in 7^{a}.

in 10^{m}

1 rectae enim afc intra triangulum abc, rectae autem cge extra triangulum cde constituerentur, ut demonstratum est in 8^{a}. cum maior sit ac ipsa ce per suppositionem [et perinde afc minores erunt ipsis abc, ipsae autem cge maiores ipsis cde.] quare numquam triangula afc cge congruent triangulis abc, cde, sed semper erunt eis maiora ut demonstratum est in 7^{a}.

in 11^{m}

1 in 3 scilicet huius.

in 12^{m}.

1

2 in prima parte huius demonstrationis.

in 13^{m}.

1 anguli namque qui ad g, h sunt equales, et est ut ag ad ge sic dh ad hf, equalis namque est ipsa quidem ag ipsi ge ipsa autem dh ipsi hf quare per 6^{am} 6^{i} elem: equiangula sunt triangula age dhf,

110

Arietis stellarum 13 116

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20. bor: 3

que ipsam sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8–20. bor: 3

borealior ...

310

147 4

Arietis castellani 13 116 2

precedens duarum que sunt in cornu

Ariet: 1 27.47 — 7.20.bor: 3

que ipsa sequitur

Ariet: 2 28.47 — 8-20.bor. 3

borealior duarum ...

310

147 4

quare per 4^am 6^i elem. proportionalia sunt latera que
circum equales angulos, et, et propterea inuicem sunt
similia.

2 et siquidem omnes circularis linee partes sibi
sint inuicem similes, cum eiusdem circuli sint
circumferentie, similium namque partium est
circularis linea quemadmodum et recta, et quae
circa cylindrum helix, proprie tamen similes
circumferentie sunt, siue eiusdem siue di
uersorum sint circulorum circumferentie que
angulos suscipiunt equales, uel que totarum
sunt eedem partes circumferentiarum.

3 per 12^am huius.

4 per 33^am 6^i elem.

5 est enim ~~totius abc~~ circuli [abc ambitus] ~~circumferentia~~ ad
abc circumferentiam, sic ~~totius def~~ circuli def
[ambitus] ~~circumferentia~~ ad def circumferentiam, simi
les namque circumferentie sunt abc, def, atqui
ut quidem ~~totius~~ abc circuli [ambitus] ~~circumferentia~~
ad abc circumferentiam sic circulus abc
ad sectorem agcb, ut autem ~~totius~~ circuli
def [ambitus] ~~circumferentia~~ ad def circumferentiam
sic circulus def ad sectorem dhfe per 12^am
huius, quare est ut circulus abc ad sec
torem agcb sic circulus def ad sectorem
dhfe, per 11^am 5^i elem. bis repetitam.

6 est enim quadratum quod ab diametro circu
li abc ~~def~~ quadruplum quadrati quod ab
ag per 1^m coroll^m 20^e 6^i elem. dupla namque est
diameter eius que ex centro, et propter eandem

ratione quadratum quod ab diametro circu
li def quadruplum est quadrati quod ab dh
quare est ut quadratum quod ab diametro
circuli abc ad quadratum quod ab ag sic qua
dratum quod ab diametro circuli def ad qua
dratum quod ab dh, ~~ut autem quadra~~
~~tum quod ab diametro circuli abc a~~ quare
et uicissim erit ut quadratum quod ab
diametro circuli abc ad quadratum quod
ab diametro circuli def sic quadratum
quod ab ag ad quadratum quod ab
dh, ut autem quadratum quod ab diame
tro circuli abc ad quadratum quod ab
diametro circuli def sic circulus abc
ad circulum def per 2^am 12^i elem. et ut
igitur circulus abc ad circulum def sic
quadratum quod ab ag ad quadratum
quod ab dh.

7 quadratum namque quod ab ag ad quadratum
quod ab dh in dupla est ratione quam
ag ad dh per 1^m coroll^m 20^e 6^i elem. et per
eandem triangulum agc ad triangulum dhf
in dupla est ratione quam ag ad dh, simi
le namque est triangulum agc triangulo dhf,
ut demonstratum est. quare est ut qua
dratum quod ab ag ad quadratum quod
ab dh, hoc est ut circulus abc ad cir
culum def sic triangulum agc ad triangu
lum dhf.

111

